LE

OPERE POSTUME

DI

VITTORIO ALFIERI

VOLUME XII

BRESCIA

PER NICOLÒ BETTONI

MDCCCIX

COMMEDIE

DI

PUBLIO TERENZIO

TRADOTTE

DA

VITTORIO ALFIERI

COL TESTO A FRONTE

P. TERENTII

ANDRIA

ACTA LUDIS MEGALENSIBUS M. FULVIO ET M. GLABRIONE AEDILIBUS CURULIBUS. EGERUNT L. AMBIVIUS TURPIO, L. ATTILIUS PRAENESTINUS. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDII, TIBIIS PARIBUS, DEXTRIS ET SINISTRIS. ET EST TOTA GRAECA. EDITA M. MARCELLO, C. SULPICIO COSS.

PERSONAE

PROLOGUS
SIMO, SENEX
SOSIA, SERVUS
DAVUS, SERVUS
MYSIS, ANCILLA
PAMPHILUS, ADOLESCENS
CHARINUS, ADOLESCENS
BYRRHIA, SERVUS
LESBIA, OBSTETRIX
GLYCERIUM, ALIAS *PASIBULA*, CHREMETIS FILIA
CHREMES, SENEX
CRITO, HOSPES
DROMO, SERVUS

PERSONAE MUTAE

SERVI Simonis obsonia portantes
ARCHILIS, *ancilla*

PERSONAGGI

SIMONE, PADRE DI PANFILO
PANFILO, FIGLIO DI SIMONE, E AMANTE DI GLICERIA
SOSIA, LIBERTO DI SIMONE
DAVO, SERVO DI PANFILO
CREMÉTE, PADRE DI GLICERIA, E DI FILUMENA
GLICERIA, FIGLIA DI CREMÉTE
CARINO, AMANTE DI FILUMENA
BIRRIA, SERVO DI CARINO
CRITONE, DALL'ISOLA D'ANDRO
DROMO, SERVO DI SIMONE
MISIDE, SERVA DI GLICERIA
LESBIA, LEVATRICE

ARCHILIDE, ancella di Gliceria
SERVI, che accompagnano Simone mentre ritorna dalla piazza. } Che non parlano

SCENA, IN ATENE

L'edizione di cui si è servito il Traduttore è di Baskerville, Birmingham, 1772 in 4.°

ANDRIAE

ARGUMENTUM

C. SULPICIO APOLLINARI

AUCTORE

Sororem falso creditam meretriculae,
Genere Andriae, Glycerium vitiat Pamphilus:
Gravidaque facta, dat fidem, uxorem sibi
Fore hanc: nam aliam pater ei desponderat
Gnatam Chremetis: atque ut amorem comperit,
Simulat futuras nuptias; cupiens, suus
Quid haberet animi filius, cognoscere.
Davi suasu non repugnat Pamphilus.
Sed ex Glycerio natum ut vidit puerulum
Chremes, recusat nuptias, generum abdicat:
Mox filiam Glycerium insperato agnitam
Dat Pamphilo hanc, aliam Charino conjugem.

P. TERENTII

ANDRIA

PROLOGUS

Poeta cum primum animum ad scribendum appulit,
Id sibi negoti credidit solum dari,
Populo ut placerent, quas fecisset fabulas.
Verum aliter evenire multo intelligit.
Nam in prologis scribundis operam abutitur,
Non qui argumentum narret, sed qui malevoli
Veteris poetae maledictis respondeat.
Nunc, quam rem vitio dent, quaeso, animum advortite.
Menander fecit Andriam et Perinthiam.
Qui utramvis recte norit, ambas noverit.
Non ita dissimili sunt argumento: sed tamen
Dissimili oratione sunt factae ac stylo.
Quae convenere, in Andriam ex Perinthia
Fatetur transtulisse, atque usum pro suis.
Id isti vituperant factum: atque in eo disputant,
Contaminari non decere fabulas.
Faciunt nae intelligendo, ut nihil intelligant,
Qui cum hunc accusant, Naevium, Plautum, Ennium

Accusant: quos hic noster auctores habet:
Quorum aemulari exoptat negligentiam
Potius, quam istorum obscuram diligentiam.
Dehinc ut quiescant porro, moneo, et desinant
Maledicere, malefacta ne noscant sua.
Favete, adeste aequo animo, et rem cognoscite;
Ut pernoscatis, ecquid spei sit relliquum,
Posthac quas faciet de integro comoedias,
Spectandae, an exigendae sint vobis prius.

L'ANDRIA

ANDRIA

ACTUS PRIMUS

SCENA PRIMA

SIMO, SOSIA.

SIMO

Vos istaec intro auferte: abite. Sosia,
Adesdum: paucis te volo.

SOSIA

Dictum puta:
Nempe ut curentur recte haec.

SIMO

Imo aliud.

SOSIA

Quid est,
Quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius?

L'ANDRIA

ATTO PRIMO

SCENA PRIMA

SIMONE, SOSIA

SIMONE

Voi, queste cose riponete: andate.
E tu, Sosia, trattienti; una parola
Vo'dirti.

SOSIA

È detta: ch'io ben cura prenda
Di queste cose.

SIMONE

Altro vo'dirti.

SOSIA

E ad altro
Giovarti mai può l'arte mia?

SIMO

Nihil istac opus est arte ad hanc rem, quam paro:
Sed iis, quas semper in te intellexi sitas,
Fide et taciturnitate.

SOSIA

Expecto quid velis.

SIMO

Ego postquam te emi, a parvulo, ut semper tibi
Apud me justa et clemens fuerit servitus,
Scis: feci, e servo ut esses libertus mihi,
Propterea quod serviebas liberaliter.
Quod habui summum pretium, persolvi tibi.

SOSIA

In memoria habeo.

SIMO

Haud muto factum.

SOSIA

Gaudeo,
Si tibi quid feci, aut facio, quod placeat, Simo: et,
Id gratum fuisse advorsum te, habeo gratiam.
Sed mi hoc molestum est: nam istaec commemoratio
Quasi exprobratio est immemoris beneficii.
Quin tu uno verbo dic, quid est quod me velis.

SIMONE

La cosa
Ch'io medito, bisogno non ha d'arte;
Ma dei due pregj, che in te scorsi ognora;
Fede, e silenzio.

SOSIA

Son pronto a' tuoi cenni.

SIMONE

Quanto appo me, che ti comprai piccino,
Discreto e mite il tuo servaggio sempre
Fosse, tu il sai: quindi il servir tuo franco
Fe', ch'io liberto ti chiamai.

SOSIA

Ben tutto
Rimembro.

SIMONE

E il fatto rifarei.

SOSIA

Simone,
D'aver io dato a te nel genio, godo
Più che di cosa al mondo; ov'io pur abbia
Fatto mai bene, o faccia. Ma, l'udirti
Rammemorarmi il dono tuo, mi grava
Quasi come rimprovero. Ben tutto
Rimembro. Dimmi il tuo voler; fia fatto.

SIMO

Ita faciam.
Hoc primum in hac re praedico tibi,
Quas credis esse has, non sunt verae nuptiae.

SOSIA

Cur simulas igitur?

SIMO

Rem omnem a principio audies:
Eo pacto et gnati vitam, et consilium meum
Cognosces, et quid facere in hac re te velim.
Nam is postquam excessit ex ephebis, Sosia,
Liberius vivendi fuit potestas. Nam antea
Qui scire posses, aut ingenium noscere,
Dum aetas, metus, magister prohibebant?

SOSIA

Ita est.

SIMO

Quod plerique omnes faciunt adolescentuli,
Ut animum ad aliquod studium adjungant, aut equos
Alere, aut canes ad venandum, aut ad philosophos,
Horum ille nihil egregie praeter caetera
Studebat, et tamen omnis haec mediocriter.
Gaudebam.

SIMONE

Bene; il dirò. Pria d'ogni cosa, sappi
Che queste nozze, a cui credi, son finte.

SOSIA

A che fingerle adunque?

SIMONE

Intera udrai
Dal bel principio ogni cosa; ed insieme,
E gli andamenti di mio figlio, e il mio
Disegno, ti fian noti; e le tue parti,
Che in questo affar ti affido. Uscito appena
† Di pubertà, più libero vivendo,
Ben si mostrava il figlio mio: che prima,
L'età, il timore, il pedagogo; e come
Conoscerne appien l'indole?

SOSIA

Ben parli.

SIMONE

Quel che vediam dei giovanetti tutti;
Darsi ai cavalli, od alle cacce, o ai varj
Filosofanti; a queste cose egli era,
Propenso sì; dedito, a niuna: ond'io
Me ne teneva.

(†) Queste croci, che si troveranno più volte, indicano i versi, che non erano di piena soddisfazione del Traduttore. Vedi l'avvertimento in principio del Volume prime delle Opere Postume.

SOSIA

Non injuria: nam id arbitror
Adprime in vita esse utile, ut ne quid nimis.

SIMO

Sic vita erat: facile omnes perferre ac pati:
Cum quibus erat cunque una, his se se, dedere
Eorum obsequi studiis, advorsus nemini;
Nunquam praeponens se aliis. Ita facillime
Sine invidia laudem invenias, et amicos pares.

SOSIA

Sapienter vitam instituit: namque hoc tempore
Obsequium amicos, veritas odium parit.

SIMO

Interea mulier quaedam abhinc triennium
Ex Andro commigravit huc viciniae,
Inopia et cognatorum negligentia
Coacta, egregia forma, atque aetate integra.

SOSIA

Hei vereor, ne quid Andria apportet mali.

SIMO

Primum haec pudice vitam, parce ac duriter

SOSIA

Ed a ragion; ch'io stimo
Ciò sopra tutto; il nulla voler troppo.

SIMONE

Era l'animo suo facile, mite,
Paziente con tutti; con cui fosse,
A quelli dedicavasi; ed i loro
Diletti, erano i suoi; contrario, a nullo;
Se stesso, a niuno anteponendo. È questa
Facilissima via per trovar lode
Senza invidia, e a te simili gli amici.

SOSIA

Ben a vivere ei prende: che al dì d'oggi
La compiacenza amici crea; nimici,
La verità.

SIMONE

Frattanto, or fa tre anni,
D'Andro veniva ad abitar quà presso
Una certa bellissima e fiorita
Donna, cui costringea d'espatríarsi
Sottile entrata, e tiepidi parenti.

SOSIA

Ahimè, ch'io temo che quest'Andria rechi
Alcun maluccio.

SIMONE

Ella, da pria pudica

Agebat, lana ac tela victum quaeritans.
Sed postquam amans accessit, pretium pollicens,
Unus et item alter; ita ut ingenium est omnium
Hominum a labore proclive ad lubidinem;
Accepit conditionem: dehin quaestum occipit.
Qui tum illam amabant, forte, ita ut fit, filium
Perduxere illuc secum, ut una esset, meum.
Egomet continuo mecum: certe captus est:
Habet. Observabam mane illorum servulos
Venientes, aut abeuntes: rogitabam, heus puer,
Dic sodes, quis heri Chrysidem habuit? nam Andriae
Illi id erat nomen.

SOSIA

Teneo.

SIMO

Phaedrum, aut Cliniam
Dicebant, aut Niceratum: nam hi tres tum simul
Amabant. Eho, quid Pamphilus? Quid? symbolam
Dedit, coenavit. Gaudebam. Item alio die
Quaerebam: comperiebam nihil ad Pamphilum
Quidquam attinere. Enimvero spectatum satis
Putabam, et magnum exemplum continentiae.
Nam qui cum ingeniis conflictatur ejusmodi,
Neque commovetur animus in ea re tamen,

Viveasi, e parca; e duramente il vitto
Col fuso e l'ago accattando s'andava.
Ma, poich'or l'uno, or l'altro amante venne
Promettend'oro, (ahi debolezza umana!
Com poco regge al piacer la fatica!)
Ella accettava: e quindi cominciava
A far di se poscia guadagno. I suoi
Bertóni allora, come s'usa, ad essa
Menano un dì il mio figlio. Tosto meco
Dissi: Al certo, ch'è preso; ei l'ha. Frattanto,
Io la mattina i lor ragazzi osservo
Venire, andare: Olà, quel giovanotto,
(Interrogo) deh dimmi; jer, chi l'ebbe
La Criside? così l'Andria si noma.

SOSIA

Intendo.

SIMONE

Ei rispondeanmi ora Fedro,
Or Clinia, or Niceráto: che il terzetto
Eran questi, ed i buoni. Io soggiungeva;
E Panfilo, che fa? — Panfilo? paga
Il suo scotto, e si cena. Io, tripudiava.
E così, spesso, iva chiedendo; e sempre
Mi chiariva, che Panfilo era nullo
In quella festa. Era un cimento, in vero
Da forte, e un bel di continenza esempio:

Scias posse habere jam ipsum suae vitae modum.
Cum id mihi placebat, tum uno ore omnes omnia
Bona dicere, et laudare fortunas meas,
Qui gnatum haberem tali ingenio praeditum.
Quid verbis opus est? hac fama impulsus Chremes
Ultro ad me venit, unicam gnatam suam
Cum dote summa filio uxorem ut daret.
Placuit; despondi: hic nuptiis dictus est dies.

SOSIA

Quid obstat, cur non vere fiant?

SIMO

Audies,
Fere in diebus paucis, quibus haec acta sunt,
Chrysis vicina haec moritur.

SOSIA

O factum bene!
Beasti: metui a Chryside.

SIMO.

Ibi tum fili
Cum illis qui amabant Chrysidem, una aderat frequens
Curabat una funus: tristis interim;
Nonnunquam conlacrumabat. Placuit tum id mihi.
Sic cogitabam: hic, parvae consuetudinis

Con tali scapestrati starsi saldo,
Certo era prova, che un tenor di vita
Scelto ei s'aveva. Ad una voce intanto,
Tutti con me, di ciò ben pago, festa
Facean, ch'avessi un sì bennato figlio.
Che più? Creméte, da tal fama indotto,
Spontaneo a me la figlia unica sua
Con ricca dote profferiva in sposa
Del figliuol mio: mi aggrada; do parola,
E questo è il dì fisso alle nozze.

SOSIA

Or dunque,
Chi toglie omai che non sien vere?

SIMONE

Udrai.
In quel frattempo quasi, ecco venirne
Questa Criside a morte.

SOSIA

Oh! grata nuova
Mi desti: assai di quest'Andria temei.

SIMONE

Panfilo allor, con que' suoi sozj, in casa
La Criside spesseggia, e con lor parte
Le funeree faccende: ed anche in pianto
Mesto talor si vede. Ciò mi piacque.
Tra me dicea: Costui, per una lieve

Causa, mortem hujus tam fert familiariter:
Quid si ipse amasset? Quid mihi hic faciet patri?
Haec ego putabam esse omnia humani ingeni
Mansuetique animi officia. Quid multis moror?
Egomet quoque ejus causa in funus prodeo,
Nihil suspicans etiam mali.

SOSIA

Hem, quid est?

SIMO

Scies.

Effertur. Imus. Interea inter mulieres,
Quae ibi aderant, forte unam aspicio adolescentulam,
Forma.

SOSIA

Bona fortasse.

SIMO

Et voltu, Sosia,
Adeo modesto, adeo venusto, ut nihil supra.
Quia tum mihi lamentari praeter caeteras
Visa est, et quia erat forma praeter caeteras
Honesta et liberali; accedo ad pedisequas:
Quae sit, rogo. Sororem esse aiunt Crysidis.

Dimestichezza avutavi, tal morte
In guisa or tanto parentevol sente;
Che faria, se l'avesse ei pure amata?
Per me suo padre, che non farebb'egli?
Così, queste sue *nenie* in me pensava.
Esser pura bontade, indole umana.
Vuoi più? me stesso alla pompa ei trascína;
Ch'io nulla affatto sospettava.

SOSIA

Ohi! vedo
Venir qualcosa.

SIMONE

Or ora. Si sotterra
L'Andria; ci andiamo. Frattanto, fra molte
Donne ch'ivi assistevano, ne osservo
Una per caso, giovanetta, e.....

SOSIA

Bella,
Certo vuoi dire.

SIMONE

Oh! Sosia; e un contegnino,
Che nulla più; sì aggraziato, e modesto....
Ma, dolorosa, più di tutte l'altre,
Pareami; ed era, più di tutte l'altre,
D'onesto aspetto e nobile; quind'io,
Alle fanti accostatomi, domando

Percussit illico animum. At at, hoc illud est,
Hinc illae lacrumae, haec illa est misericordia.

SOSIA

Quam timeo, quorsum evadas.

SIMO

Funus interim
Procedit: sequimur: ad sepulcrum venimus.
In ignem imposita est. Fletur. Interea haec soror,
Quam dixi, ad flammam accessit imprudentius,
Satis cum periclo. Ibi tum exanimatus Pamphilus
Bene dissimulatum amorem et celatum indicat.
Accurrit: mediam mulierem complectitur:
Mea Glycerium, inquit, quid agis? cur te is perditum?
Tum illa, ut consuetum facile amorem cerneres,
Rejecit se in eum, flens, quam familiariter.

SOSIA

Quid ais?

SIMO

Redeo inde iratus, atque aegre ferens.
Nec satis ad objurgandum causae. Diceret,

Chi ella sia. Di Criside la suora,
Diconmi: ah! tosto io son colpito: è questa,
Esclamo, è questa, la fonte del pianto.
Della pietà di Panfilo.

SOSIA

La fine

Temo.

SIMONE

S'inoltra il *convoglio* frattanto;
Noi lo seguiamo, e alla pira veniamo:
S'arde il corpo; e si piange. Ecco, accostarsi
Soverchiamente, e con qualche periglio,
Questa sorella all'infiammato rogo.
Fuor di se tratto Panfilo a tal vista,
Mostra il suo amor ben sino allor nascosto:
Accorre; a mezzo il corpo la ricinge;
Grida: Che fai, Gliceria mia? te stessa
† Perder, perchè? Con molle accontanza,
Che di leggieri il loro amor disvela,
Ella allor lagrimando a lui nel grembo
Cader si lascia.

SOSIA

Oh! che mai sento?

SIMONE

Io riedo

Di ciò scontento, e adiratello: eppure,

Quid feci? Quid commerui aut peccavi, pater?
Quae se se voluit in ignem injicere, prohibui,
Servavi. Honesta oratio est.

SOSIA

Recte putas:
Nam si illum objurges, vitae qui auxilium tulit;
Quid facias illi, qui dederit damnum, aut malum?

SIMO

Venit Chremes postridie ad me, clamitans,
Indignum facinus, comperisse Pamphilum
Pro uxore habere hanc peregrinam. Ego illud sedulo
Negare factum. Ille instat factum. Denique
Ita tum discedo ab illo, ut qui se filiam
Neget daturum.

SOSIA

Non tu ibi gnatum?

SIMO

Ne haec quidem
Satis vehemens causa ad objurgandum.

SOSIA

Qui cedo?

SIMO

Tute ipse his rebus finem praescripsti, pater.
Prope adest, cum alieno more vivendum est mihi:

Non v'era poi, lì da garrirlo: avrebbe
Tosto detto egli: Padre mio, e che feci?
In che peccai? lei, ch'alle fiamme darsi
Volea, rattenni; e la salvai. — Che dirgli?

SOSIA

Ell'è così: che se garrito avessi,
Perch'ei salva l'avea, ch'avresti fatto
Se le arrecava danno?

SIMONE

Il giorno appresso,
Ecco Creméte a me viene, e schiamazza;
» Al tradimento. Panfilo, dic'egli,
» Il so di certo, in moglie ha la straniera. »
Io, sul serio, a negarlo; ad affermarlo,
Persister egli: al fin mi lascia in atto
D'uom, che la figlia omai più dar non vuole.

SOSIA

Nè allor pure al tuo figlio?...

SIMONE

Nè allor pure
Tempo a me parve di sgridarlo ancora.

SOSIA

Deh! come no?

SIMONE

Detto ei m'avrebbe: Padre,
Tu stesso il fine hai già prescritto a queste

Sine nunc meo me vivere interea modo.

SOSIA

Quis igitur relictus est objurgandi locus?

SIMO

Si propter amorem uxorem nolit ducere,
Ea primum ab illo animadvertenda injuria est.
Et nunc id operam do, ut per falsas nuptias
Vera objurgandi causa sit, si deneget.
Simul, sceleratus Davus si quid consilî
Habet, ut consumat nunc, cum nihil obsint doli.
Quem ego credo manibus pedibusque obnixe omnia
Facturum: magis id adeo, mihi ut incommodet,
Quam ut obsequatur gnato.

SOSIA

Quapropter?

SIMO

Rogas?

Mala mens, malus animus. Quem quidem ego si sensero.
Sed quid opus est verbis? Sin eveniat, quod volo,
In Pamphilo ut nihil sit morae; restat Chremes,
Qui mihi exorandus est, et spero confore.

Mie gioventù: già si avvicina il punto,
Ch'io a posta d'altri dovrò viver; lascia,
Ch'io un altro po' viva a mia posta.

SOSIA

Adunque
Luogo non resta a biasimarlo.

SIMONE

Ov'egli,
Per via d'un tale amor, moglie non voglia,
Fia questo il danno ch'ei schermirà primo.
Quind'io mi adopro in queste finte nozze
Per trarne di biasmarlo cagion vera,
S'ei le rifiuta. A un tempo, quel furfante
Di Davo, che con mani e piedi e testa
Seconda il figlio, più per mio dispetto
Che per esser buon servo; così, a un tempo,
Non sospettando ei nulla, ogni suo senno
Squadernerà.

SOSIA

Ma, che perciò?...

SIMONE

Tu il chiedi?
Alle tristizie darà mano il tristo:
E s'io mai ve l'acchiappo...Ma, che vale
Parlar?... Dove, all'opposto, ai voler miei
Presto Panfilo sia, non mi resta altro

Nunc tuum est officium, has bene ut adsimules nuptias:
Perterrefacias Davum; observes filium,
Quid agat, quid cum illo consilii captet.

SOSIA

Sat est:

Curabo: eamus jam nunc intro.

SIMO

I prae, sequar.

Non dubium est, quin uxorem nolit filius:
Ita Davum modo timere sensi, ubi nuptias
Futuras esse audivit. Sed ipse exit foras.

SCENA SECUNDA

DAVUS, SIMO

DAVUS

Mirabar, hoc si sic abiret: et heri semper lenitas,
Verebar, quorsum evaderet.
Qui, postquam audierat non datum iri filio uxorem suo,

Che ad acquetar Cremète; e ciò far spero.
Or, la tua parte ell'è, di finger bene
Queste nozze; di bene atterrir Davo;
Di ben notare ogni andamento, ed ogni
Susurreggiar di Panfilo con esso.

SOSIA

Basta: fia fatto: entriamo intanto.

SIMONE

Innanzi
Vanne; ti seguirò. — Qual dubbio? il figlio
Non vuol moglie, per certo. Davo stesso
Dianzi mostrò ch'ei ne temea, nell'atto
D'udir che si apprestavan queste nozze.
Ma egli esce appunto; e me non vede; udiamlo.

SCENA SECONDA

DAVO, SIMONE (1)

DAVO

Pareami ben gran fatto, s'ella andava
Così: sempre ho temuto, a male uscisse
Questa gran bonità. Da che il padrone

(1) In disparte.

Nunquam cuiquam nostrum verbum fecit, neque id aegre tulit.

SIMO

At nunc faciet; neque, ut opinor, sine tuo magno malo.

DAVUS

Id voluit, nos sic nec opinantes duci falso gaudio,
Sperantes jam amoto metu, interea oscitantes opprimi,
Ut ne esset spatium cogitandi ad disturbandas nuptias:
Astute!

SIMO

Carnufex quae loquitur!

DAVUS

Herus est, neque praevideram.

SIMO

Dave.

DAVUS

Hem, quid est?

SIMO

Ehodum, ad me.

Sa che si niega a Panfilo la sposa,
A niun di noi nè un motto, nè un sol cenno
Di scontentezza....

SIMONE

Ma, il farà tra poco:
E con tuo danno, pensomi.

DAVO

Senz'altro,
Che in falsa gioja addormentarci ei volle,
E insperanzirci, e affidarci; e frattanto,
Coglierc ei noi quì colle mani in mano;
Sì che al riparo delle nozze il tempo
Ci manchi: Oh! volpe vecchia.

SIMONE

Oh oh! che dice
Questa forca?

DAVO

Oimè! il padrone?...†
Ed io visto non l'ebbi?...

SIMONE

Davo.

DAVO

Davo?
Chi'l chiama?

SIMONE

Olà; son io.

DAVUS

Quid hic volt?

SIMO

Quid ais?

DAVUS

Qua de re?

SIMO

Rogas?

Meum gnatum rumor est amare.

DAVUS

Id populus curat scilicet

SIMO

Hoccine agis, an non?

DAVUS

Ego vero istuc.

SIMO

Sed, nunc ea me exquirere,

Iniqui patris est. Nam, quod antheac fecit, nihil ad me attinet.

Dum tempus ad eam rem tulit, sivi animum ut expleret suum;

Nunc hic dies aliam vitam adfert, alios mores postulat.

Dehinc postulo, sive aequum est, te oro, Dave, ut redeat jam in viam.

DAVO

Che diavol vuole?

SIMONE

Che dici?

DAVO

Cos'è stato?

SIMONE

Tu il domandi?
† Ama il mio figlio, il dicon tutti,...

DAVO

Appunto,
Quest'è briga del pubblico.

SIMONE

Ser Davo,
Parlo, o dico novelle?

DAVO

Anzi.

SIMONE

Buon padre
Son, e non cerco di tai cose. Il fatto
Fin quì, nulla mi spetta. A tempo suo
Lo lasciai soddisfarsi. Or, questo è il giorno,
Ch'altri costumi ed altra vita adduce.
Quindi a te chieggo, e s'anco il vuoi, ti prego,
Di ravviarlo, o Davo.

DAVUS

Hoc quid sit?

SIMO

Omnes qui amant, graviter sibi dari uxorem ferun

DAVUS

Ita ajunt.

SIMO

Tum si quis magistrum cepit ad eam rem improbum
Ipsum animum aegrotum ad deteriorem partem plerumqu
applicat.

DAVUS

Non hercle intelligo.

SIMO

Non? Hem!

DAVUS

Non: Davus sum, non Oedipus

SIMO

Nempe ergo aperte vis, quae restant, me loqui?

DAVUS

Sane quidem

SIMO

Si sensero hodie, quidquam in his te nuptiis

DAVO

E come, io?...

SIMONE

Tutti
Gl'innamorati sfuggon di tor moglie.

DAVO

Dicesi.

SIMONE

Quindi, ove l'un d'essi ascolti
Maestro in ciò peggior di lui, l'inferma
Sua mente spesso al più tristo partito
Vien rivolta.

DAVO

Davver, ch'io non l'intendo.

SIMONE

† No? eh!

DAVO

No, davvero: Io mi son Davo,
E non Edippo.

SIMONE

Apertamente dunque
Vuoi, che il resto io ti dica?

DAVO

In grazia.

SIMONE

Or senti.

Fallaciae conari, quo fiant minus,
Aut vello in ea re ostendi, quam sis callidus;
Verberibus caesum te in pistrinum, Dave, dedam usque
ad necem;
Ea lege atque omine, ut, si te inde exemerim, ego pro te
molam.
Quid, hoc intellextin'? an nondum etiam ne hoc quidem?

DAVUS

Imo callide:
Ita aperte ipsam rem modo locutus, nihil circuitione usus es

SIMO

Ubivis facilius passus sim, quam in hac re, me deludier.

DAVUS

Bona verba quaeso.

SIMO

Irrides? nihil me fallis. Sed dico tibi,
Ne temere facias; neque tu hoc dicas tibi non praedictum
Cave.

S'oggi vedrò, che a sturbar queste nozze
Tu nulla tenti dei raggiri tuoi,
O che d'astuzia aver la palma agogni;
Davo mio, flagellato a morte io giuro
Di mandarti alla macina: e, ch'io possa
Per te girarla, se mai più ten cavo!
Questo, eh, l'intendi? o nè pur questo?

DAVO

È chiaro
Quel ch'or m'hai detto; e appien l'intesi.

SIMONE

Ogni altro
Tuo inganno soffro, ma non questo.

DAVO

Ah! placati.

SIMONE

Canzoni tu? me già non gabbi. Bada,
Non cimentarti; tel dico; e non esci
A dir poi, ch'io non t'avvisassi. Bada.

SCENA TERTIA

DAVUS

Enimvero, Dave, nihil loci est segnitiae, neque socordiae,
Quantum intellexi modo senissententiam de nuptiis:
Quae si non astu providentur, me aut herum pessundabunt.
Nec, quid agam, certum est; Pamphilumne adjutem, an ausculter seni.
Si illum relinquo, ejus vitae timeo: sin opitulor, hujus minas;
Cui verba dare difficile est. Primum jam de amore, hoc comperit:
Me infensus servat, ne quam faciam nuptiis fallaciam.
Si senserit, perii; aut, si libitum fuerit, causam ceperit;
Quo jure quaque injuria, praecipitem in pistrinum dabit.
Ad haec mala hoc mi accedit etiam: haec Andria,
Sive ista uxor, sive amica est, gravida e Pamphilo est:
Audireque eorum est operae pretium audaciam:
Nam inceptio est amentium, haud amantium:
Quidquid peperisset, decreverunt tollere:
Et fingunt quandam inter se nunc fallaciam,
Civem Atticam esse hanc: fuit olim quidam senex
Mercator: navem is fregit apud Andrum insulam:

SCENA TERZA

DAVO

Davo, all'erta: non è da perder tempo.
Se alle nozze mia astuzia non fa fronte,
Per quanto accenna il vecchio, roviniamo
Od il padrone, od io. Non so che farmi:
Panfilo ajuto, od obbedisco al padre?
S'io l'abbandono, pe' suoi giorni io tremo;
S'io lo soccorro, il minacciar pavento
Di questo antico, a cui ficcar carote
Facil non è. Già dell'amor s'è avvisto;
E mi astastia, e mi veglia; e non vuol ciance.
S'ei mi scopre, so'scritto: anco il pretesto
Basta, s'ei vuole; e a macinar m'invia.
Ecci, oltre questi, un altro diavol: l'Andria,
O moglie, o amica sia, fatto è ch'è pregna
Del padroncino: e, a udirli, arditamente
Fermo han fra lor, femmina o maschio n'esca,
Di allevarselo. Oh, matti pur gli amanti!
† E adesso vengon fuor, d'un certo inganno,
Per cui d'Andro supposta ell'era, mentre
Cittadina è d'Atene. Un non so quale
Vecchio mercante in Andro naufragava;

Is obiit mortem. Ibi tum hanc ejectam Chrysidis
Patrem recepisse orbam, parvam. Fabulae.
Mihi quidem hercle non fit verisimile: atqui ipsis commentum placet.
Sed Mysis ab ea egreditur. At ego hinc me ad forum, ut
Conveniam Pamphilum, ne de hac re pater imprudentem opprimat.

SCENA QUARTA

MYSIS

Audivi, Archilis, jamdudum: Lesbiam adduci jubes.
Sane pol illa temulenta est mulier, et temeraria,
Nec satis digna, cui committas primo partu mulierem:
Tamen eam adducam. Importunitatem spectate anuiclae;
Quia compotrix ejus est. Di date facultatem, obsecro,
Huic pariundi, atque illi in aliis potius peccandi locum.
Sed, quidnam Pamphilum exanimatum video? vereor quid fiet.
Opperiar, ut sciam, num quidnam haec turba tristitiae adferat.

E quivi l'orba fanciullina accolta
Dal genitor di Criside..... Novelle!
Ch'io non ci trovo fondamento: eppure
Se le assaporan essi. Ma, vien Miside,
La fante sua. Vo' tosto al foro andarne
Per Panfilo; e di tutto prevenirlo,
Perchè sprovvisto non lo colga il padre.

SCENA QUARTA

MISIDE (1)

Sì, già t'intesi, Archílide; tu vuoi
Ch'io Lesbia cerchi, e il farò pur: ma, in vero,
Ch'ella è colei la gran bevona, e inetta
Presuntuosa levatrice. Un primo
Parto, per me non le affiderei mai.
—La vecchiarella insiste; eh! son compagne
Di fiasco. Oh Dei! mandatecela buona
Per questo parto: e Lesbia altre ne sconci.
—Ma, perchè mai vien come disperato
Panfilo? ahi! temo... Aspettisi; sapronne
Se questo chiasso è quello che il dispera.

(1) Parla dentro.

SCENA QUINTA

PAMPHILUS, MYSIS

PAMPHILUS

Hoccine est humanum factum aut inceptum? hoccine est officium patris?

MYSIS

Quid illud est?

PAMPHILUS

Proh Deûm atque hominum fidem! quid est, si haec non contumelia est?
Uxorem decrerat dare se se mihi hodie. Nonne oportuit
Praescisse me ante? nonne prius communicatum oportuit?

MYSIS

Miseram me, quod verbum audio!

PAMPHILUS

Quid Chremes? qui denegarat, se commissurum mihi
Gnatam suam uxorem; id mutavit, quoniam me immutatum videt.
Itane obstinate operam dat, ut me a Glycerio miserum abstrahat?
Quod si fit, pereo funditus.
Adeon' hominem invenustum esse, aut infelicem quenquam, ut ego sum?

SCENA QUINTA

PANFILO, MISIDE

PANFILO

Misero me! questo è il trattar d'un uomo?
Questo è il trattar d'un padre?

MISIDE

Che mai fia?

PANFILO

Uomini e Dei, testimonj vi chiamo,
Se non è questo un crudo oltraggio. Egli, oggi,
Fermo avea d'ammogliarmi; e, nè pur motto
Pria men faceva? oh! ciò far ponno i padri?

MISIDE

Ahi trista me! quai detti ascolto?

PANFILO

E l'altro
Padre, Creméte, che sua figlia in sposa
Darmi più non volea, mutasi adesso
Che me immutabil vede. Sì ostinato
Nello spiccarmi ei da Gliceria?.. Ah! morto
Son io, s'è ciò. Qual uom sotto le stelle
È più di me disgraziato, infelice,
Meschino! Oh Dei! fia ver, che a patto nullo

Proh Deúm atque hominum fidem!
Nullon' ego Chremetis pacto affinitatem effugere potero?
Quot modis contemptus, spretus? facta, transacta omnia. Hem,
Repudiatus repetor. Quamobrem? nisi si id est, quod suspicor:
Aliquid monstri alunt: ea quoniam nemini obtrudi potest,
Itur ad me.

MYSIS

Oratio haec me miseram exanimavit metu.

PAMPHILUS

Nam quid ego dicam de patre? ah!
Tantamne rem tam negligenter agere? praeteriens modo
Mihi apud forum, uxor tibi ducenda est, Pamphile, hodie, inquit: para:
Abi domum. Id mihi visus est dicere, abi cito, et suspende te.
Obstupui. Censen' ullum me verbum potuisse proloqui?
Aut ullam causam, ineptam saltem, falsam, iniquam? obmutui.
Quod si ego prius id rescissem; quid facerem, si quis nunc me roget;
Aliquid facerem, ut hoc ne facerem. Sed nunc primum quid exsequar?
Tot me impediunt curae, quae meum animum diverse trahunt;

Sottrarmi al parentado di Cremète
Io non possa? Con quante manieracce
Non l'ho io dileggiato? eh! tutto indarno:
Mi si rifiuta; e poi, mi si richiama.
E ciò, perchè, se il mio sospetto vero
Non fosse? Ah! certo, un qualche mostro è questa;
E indossarmela pensan, perchè niuno
Ne vuole.

MISIDE

Oimè! mi trae fuor di me stessa
Questo suo dire.

PANFILO

E il padre mio?... qual uomo!
Sì trascurato in sì importante affare?
Dianzi, appo il foro c'incontriamo, ei passa
Dicendomi: Prepárati; che moglie
Oggi hai da aver; va a casa... Ah! mi parv'egli
Dirmi in quel punto: Affrettati, va, impíccati.—
Instupidíi. Che una parola sola
Non potessi soggiungergli? o uno straccio
D'un pretesto allegargli, o falso, o inetto?
Nulla: ammutíi. Che, s'io'l sapeva pria....
Ed or, che mi farò, s'alcun mi chiede?...
Tutto farei, per non far questo. Or via,
A che mi appiglio intanto? Ah! lacerato
Ho il cor da tante, e sì diverse cure!

Amor, misericordia hujus, nuptiarum solicitatio;
Tum patris pudor, qui me tam leni passus est animo usque adhuc,
Quae meo cunque animo libitum est, facere: eine ego ut advorser? hei mihi!
Incertum est quid agam.

MYSIS

Misera timeo, incertum hoc quorsum accidat.
Sed nunc peropus est, aut hunc cum ipsa, aut me aliquid de illa advorsum hunc loqui.
Dum in dubio est animus, paulo momento huc illuc impellitur.

PAMPHILUS

Quis hic loquitur? Mysis, salve.

MYSIS

O salve, Pamphile.

PAMPHILUS

Quid agit?

MYSIS

Rogas?
Laborat e dolore: atque ex hoc misera solicita est die,
Qui olim in hunc sunt con stitutae nuptiae. Tum autem hoc timet,
Ne deseras se.

PAMPHILUS

Hem, egone istuc conari queam?

Amor, pietà della mia donna; e il padre
Finor per me così molle, e benigno
Tanto alle voglie mie, che men vergogno
Di contrastargli, mentr'egli le incalza,
Queste mie nozze. Ahi lasso me! che debbo,
Che posso io farmi?...

MISIDE

Ah! de' suoi dubbj io tremo.
Or sì, ch'è d'uopo, o ch'egli a lei favelli,
O di essa io a lui. Mentre l'animo ondeggia,
In questa parte o in quella un nulla il trae.

PANFILO

Chi parla quì? Miside, tu? ben vieni.

MISIDE

Oh! Panfilo! salute...

PANFILO

Che fa ella?

MISIDE

E il chiedi? Ha di gran doglie: e trema inoltre
Di questo dì, già destinato a nozze.
La miserella palpita, e paventa
Che tu non l'abbandoni.

PANFILO

Io mai lasciarla?

Ego propter me illam decipi miseram sinam?
Quae mihi suum animum atque omnem vitam credidit,
Quam ego animo egregie caram pro uxore habuerim,
Bene et pudice ejus doctum atque eductum sinam
Coactum egestate ingenium immutarier?
Non faciam.

MYSIS

Haud vereor, si in te solo sit situm:
Sed vim ut queas ferre.

PAMPHILUS

Adeon' me ignavum putas?
Adeon' porro ingratum, aut inhumanum, aut ferum,
Ut neque me consuetudo, neque amor, neque pudor
Commoveat, neque commoneat, ut servem fidem?

MYSIS

Unum hoc scio, meritam esse, ut memor esses sui.

PAMPHILUS

Memor essem? o Mysis, Mysis, etiam nunc mihi
Scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis
De Glycerio. Jam ferme moriens me vocat:
Accessi: vos semotae: nos soli: incipit:

E il potrei, se il volessi? Io, farmi giuoco
D'una infelice, che se tutta abbandona
In me soltanto? di colei, ch'io tenni
In mio pensier quasi consorte amata?
Io mai soffrir, che un'indole sì buona,
Sì ben cresciuta, e sì puri costumi,
Da povertà sian guasti? Ah! no, non fia.

MISIDE

Nol temerei, se in te soltanto stesse;
Ma come opporti all'altrui forza?

PANFILO

Or dunque,
Sì dappoco mi tieni? o ingrato, e crudo,
E disumano sì, che in me non vaglia
Nè consuetudin, nè amor, nè vergogna,
Da mantenermi in fede saldo?

MISIDE

Io tengo
Nulla per certo, se non ch'ella è tale
Da mertar che tu mai non l'obbliassi.

PANFILO

Non l'obbliassi? O Miside, o Miside,
Scolpite ancora nel cor le parole
Di Criside mi stanno. Ella morivasi;
Me chiama al letto; io mi v'appresso, e voi
Tratte in disparte, a solo a sol mi dice:

Mi Pamphile, hujus formam atque aetatem vides:
Nec clam te est, quam illi nunc utraeque inutiles
Et ad pudicitiam et ad rem tutandam sient.
Quod ego te per hanc dextram oro, et ingenium tuum,
Per tuam fidem, perque hujus solitudinem
Te obtestor, ne abs te hanc segreges, neu deseras:
Si te in germani fratris dilexi loco,
Sive haec te solum semper fecit maxumi,
Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.
Te isti virum do, amicum, tutorem, patrem:
Bona nostra haec tibi committo, et tuae mando fidei.
Hanc mi in manum dat: mors continuo ipsam occupat.
Accepi: acceptam servabo.

MYSIS

Ita spero quidem.

PAMPHILUS

Sed cur tu ab illa?

MYSIS

Obstetricem accerso.

Panfilo mio, l'etade e la bellezza
Tu di Gliceria vedi; e assai t'è chiaro,
Quanto sien vane e l'una e l'altra a porre
Le sue ricchezze e i suoi costumi in salvo.
Per la bell'alma tua, per questa destra,
Pregoti quindi; e per la fe tua ferma,
Per l'orfanezza sua, te ne scongiuro;
Non la spiccar dal tuo fianco; deh! mai
Non la lasciare in abbandon: S'io t'ebbi
Per fratel sempre; e s'ella, in conto sempre
Te solo tenne sovra ogni altro; e s'ella
In ogni cosa a te obbediva. Io d'essa
Ti fo signore, ed amico, e tutore,
E padre: a te, quant'io le lascio, affido.
E, in così dir, mi dava la donzella;
E tosto poscia Criside spirava.
Io l'accettai; custodirolla.

MISIDE

E tanto
Sperar mi giova.

PANFILO

Ma, perchè ten vai
Fuori ora tu?

MISIDE

Vo per la levatrice.

PAMPHILUS

Propera:
Atque audin' ? verbum unum cave de nuptiis,
Ne ad morbum hoc etiam.

MYSIS

Teneo.

PANFILO

Oh! ti affretta su dunque. — Un motto ancora:
Bada, che nulla di mie nozze ell'oda;
Non s'aggiungesse anco a'suoi mali....

MISIDE

Intendo.

ACTUS SECUNDUS

SCENA PRIMA

CHARINUS, BYRRHIA, PAMPHILUS

CHARINUS

Quid ais, Byrrhia? daturne illa Pamphilo hoie nuptum?

BYRRHIA

'ic est.

CHARINUS

Qui scis?

BYRRHIA

Apud forum modo e Davo audivi.

CHARINUS

Vae misc mihi!
Ut animus in spe atque in timore usque antehac tentus fuit,
Ita, postquam ademta spes est, lassus, cura confectus stupet.

ATTO SECONDO

SCENA PRIMA

CARINO, BIRRIA, poi PANFILO

CARINO

Birria, che parli? a Panfilo oggi sposa
Ella si dà?

BIRRIA

Per certo.

CARINO

E donde il sai?

BIRRIA

Dianzi nel foro il disse Davo.

CARINO

Ahi lasso!
Finor fra speme, e fra temenza, almeno
Occupato viss'io: ma, poi che tolta
Or m'è la speme, instupidisco.

BYRRHIA

Quaeso aedepol, Charine, quoniam non potest id fieri, quod vis,
Id velis quod possit.

CHARINUS

Nihil volo aliud, nisi Philumenam.

BYRRHIA

Ah, quanto satius est, te id dare operam,
Qui istum amorem ex animo amoveas tuo, quam id loqui,
Quo magis libido frustra incendatur tua!

CHARINUS

Facile omnes, cum valemus, recta consilia aegrotis damus.
Tu si hic sis, aliter sentias.

BYRRHIA

Age, age, ut lubet.

CHARINUS

Sed Pamphilum
Video. Omnia experiri certum est prius, quam pereo.

BYRRHIA

Quid hic agit?

CHARINUS

Ipsum hunc orabo: huic supplicabo: amorem huic narrabo meum.
Credo, impetrabo, ut aliquot saltem nuptiis prodat dies.

BIRRIA

In grazia,
Poichè non puoi, Carino, quel che vuoi;
Vogli sol ciò che puossi.

CARINO

Altro non voglio,
Che Filuména.

BIRRIA

Oh, quanto me'ti fora
Veder di trarti quest'amor di capo,
Che invan con questi detti rattizzartelo!

CARINO

È lieve cosa, a chi sta bene, il dare
Agli infermi rimedio: tu, in mia vece,
Altro diresti.

BIRRIA

E fa a tuo senno.

CARINO

Oh! veggio
Panfilo. Or, tutto pria di perir, si tenti.

BIRRIA

Che fa quì mai?

CARINO

Ne pregherò lui stesso;
A lui mie preci, a lui dell'amor mio
Narrerò. Spero impetrare almen tanto,

Interea fiet aliquid, spero.

BYRRHIA

Id aliquid nihil est.

CHARINUS

Byrrhia,
Quid tibi videtur? adeon' ad eum?

BYRRHIA

Quidni? si nihil impetres,
Ut te arbitretur sibi paratum moechum, si illam duxerit.

CHARINUS

Abin' hinc in malam rem cum suspicione istac, scelus.

PAMPHILUS

Charinum video. Salve.

CHARINUS

O salve Pamphile:
Ad te advenio, spem, salutem, auxilium, consilium expetens.

PAMPHILUS

Neque pol consilii locum habeo, neque auxilii copiam.
Sed istuc quidnam est?

CHARINUS

Hodie uxorem ducis?

Ch'ei d'alcun dì le nozze differisca.
Qual cosa intanto fia.

BIRRIA

Questo qualcosa,
Sarà un bel nulla.

CARINO

O Birria, che ten pare?
M'accosto, o no?

BIRRIA

Mai sì: che per lo meno
Così otterrai, che bello e presto ei t'abbia
A ornar di penne il suo cimiero.

CARINO

Eh! vanne,
Forca, in malora co' tuoi rei sospetti.

PANFILO

Oh! Carino? Buon dì.

CARINO

Buon giorno, o Panfilo.
Io da te vengo; e speranza, e salvezza
Da te richieggo, e consiglio, e soccorso.

PANFILO

Per ver, nè ajuto, nè consigli, io tengo.
Ma, che fia pure?

CARINO

Oggi ti ammogli?

PAMPHILUS

Ajunt.

CHARINUS

Pamphile,
Si id facis, hodie postremum me vides.

PAMPHILUS

Quid ita?

CHARINUS

Hei mihi!
Vereor dicere. Huic, dic quaeso, Byrrhia.

BYRRHIA

Ego dicam.

PAMPHILUS

Quid est?

BYRRHIA

Sponsam hic tuam amat.

PAMPHILUS

Nae iste haud mecum sentit. Ehodum dic mihi,
Numquidnam amplius tibi cum illa fuit, Charine?

CHARINUS

Ah Pamphile,
Nihil.

PAMPHILUS

Quam vellem!

PANFILO

Il dicono.

CARINO

Se tu ciò fai, questo è il mio giorno estremo.

PANFILO

Olà!

CARINO

Misero me!... dir non mi attento....
Deh, tu gliel dici, o Birria .

BIRRIA

Il dirò bene.

PANFILO

Ed è?

BIRRIA

Ch'egli ama la tua sposa.

PANFILO

Affè,
Ch'egli non è del parer mio. Carino,
Dimmi, su dunque, a che ne sei con essa?

CARINO

Ahi, Panfilo! assai lunge....

PANFILO

Tanto peggio.

CHARINUS

Nunc te per amicitiam et per amorem obsecro,
Principio, ut ne ducas.

PAMPHILUS

Dabo equidem operam.

CHARINUS

Sed si id non potes,
Aut tibi nuptiae hae sunt cordi;

PAMPHILUS

Cordi!

CHARINUS

Saltem aliquot dies
Profer, dum proficiscor aliquo, ne videam.

PAMPHILUS

Audi nunc jam:
Ego, Charine, neutiquam officium liberi esse hominis puto,
Cum is nil promereat, postulare id gratiae apponi sibi.
Nuptias effugere ego istas malo, quam tu adipiscier.

CHARINUS

Reddidisti animum.

PAMPHILUS

Nunc si quid potes aut tu, aut hic Byrrhia

CARINO

A bella prima dunque, ti scongiuro
Di non sposarla, per la nostra amistade,
Per l'amor....

PANFILO

Sì davvero; farò in guisa....

CARINO

Ma, se pur tanto far non puoi; se a cuore
Queste nozze ti stanno....

PANFILO

A cuore?...

CARINO

Almeno
Indugiale alcun dì; tanto, che altrove
Per non vederle io me ne vada.

PANFILO

Ascoltami
Una volta pur tu. Carino, io tengo
Non esser d'uom gentile il cercar merto
Di cosa, ov'ei nullo ve n'abbia. Or, sappi
Ch'io sfuggir queste nozze assai più bramo,
Che d'ottenerle tu.

CARINO

Vita mi dai.

PANFILO

Or dunque o tu, o questo Birria tuo,

Facite, fingite, invenite, efficite, qui detur tibi:
Ego id agam, mihi qui ne detur.

CHARINUS

Sat habeo.

PAMPHILUS

Davum optume
Video. Hujus consilio fretus sum.

CHARINUS.

At tu hercle haud quidquam mihi,
Nisi ea, quae nihil opus sunt sciri. Fugin' hinc?

BYRRHIA

Ego vero ac lubens.

SCENA SECUNDA

DAVUS, CHARINUS, PAMPHILUS

DAVUS

Di boni, boni quid porto? Sed ubi inveniam Pamphilum;
Ut metum, in quo nunc est, adimam, atque expleam animum gaudio?

CHARINUS

Laetus est, nescio quid.

Quanto sapete fate, immaginate,
Fingete, oprate, per averla; ed io,
Tanto farò per non l'avere.

CARINO

Oh! basta.

PANFILO

Ma, in punto Davo a me sen viene.

CARINO

Or, torna
Tu, Birria, a dirmi le tue ciance: fuori;
Fuor non ten vai?

BIRRIA

Per dio; con quattro gambe.

SCENA SECONDA

DAVO, CARINO, PANFILO

DAVO

Oh buoni Dei! che buona nuova io reco!
Ma, dove trovar Panfilo, per trarlo
D'angoscia, e di letizia riempirlo?

CARINO

Ei gongola: e di che?

PAMPHILUS

Nihil est. Nondum haec rescivit mala.

DAVUS

Quem ego nunc credo, si jam audierit sibi paratas nuptias,

CHARINUS

Audin' tu illum?

DAVUS

Toto me oppido exanimatum quaerere.
Sed ubi quaeram? Aut quo nunc primum intendam?

CHARINUS

Cessas alloqui?

DAVUS

Abeo.

PAMPHILUS

Dave ades, resiste.

DAVUS

Quis homo est, qui me? o Pamphile,
Teipsum quaero. Euge Charine! ambo opportune: vos volo

PAMPHILUS

Dave, perii.

DAVUS

Quin tu hoc audi.

PANFILO

Di nulla: uditi
Ancor mie' guai non ha.

DAVO

Ma, s'egli udiva
Di queste nozze sue, temo d'averlo
† Per tutta la terra a cercar trafelando.

CARINO

Odil tu?...

DAVO

Ch'ei mi cerca da per tutto:
Ma, dove il cerco io mai da prima?

CARINO

E nulla
Vuoi dirgli tu?

PANFILO

Davo, trattienti.

DAVO

Davo?
Chi mai mi chiama? Oh! Panfilo? te appunto
Cerco.... Oh ventura! anco Carino? entrambi
Vi voglio.

PANFILO

Ahi, Davo mio! son rovinato.

DAVO

Anzi; ascoltami....

PAMPHILUS

Interii.

DAVUS

Quid timeas, scio.

CHARINUS

Mea quidem hercle certe in dubio vita est.

DAVUS

Et quid tu, scio.

PAMPHILUS

Nuptiae mihi.

DAVUS

Et id scio.

PAMPHILUS

Hodie.

DAVUS

Obtundis, tametsi intelligo.
Id paves, ne ducas tu illam: tu autem, ut ducas.

CHARINUS

Rem tenes.

PAMPHILUS

Istuc ipsum.

PANFILO

È fatta....

DAVO

I tuoi timori
Ben so....

CARINO

Me lasso! ed io pur pero....

DAVO

E i tuoi
Anco ben so.

PANFILO

Le nozze mie....

DAVO

Pur queste
So....

PANFILO

Ma, quest'oggi.....

DAVO

Ma tu mi prosciughi;
Bench'io tutto capisca. Tu, rabbrividi
Del non poter sposarla; e tu, all'opposto,
Del doverla sposare.

CARINO

Appunto.

PANFILO

È questo.

DAVUS

Atqui istuc ipsum, nil pericli est me vide.

PAMPHILUS

Obsecro te, quam primum hoc me libera miserum metu.

DAVUS

Hem,

Libero. Uxorem tibi jam non dat Chremes.

PAMPHILUS

Qui scis?

DAVUS

Scio.

Tuus pater modo me prehendit: ait, tibi uxorem dare sese
Hodie: item alia multa, quae nunc non est narrandi locus.
Continuo ad te properans, percurro ad forum, ut dicam tibi haec.
Ubi te non invenio, ibi ascendo in quendam excelsum locum.
Circumspicio: nusquam. Forte ibi hujus video Byrrhiam:
Rogo: negat vidisse. Mihi molestum. Quid agam, cogito.
Redeunti interea ex ipsa re mî incidit suspicio. Hem,
Paululum opsoni, ipsus tristis, de improviso nuptiae.
Non cohaerent.

PAMPHILUS

Quorsumnam istuc?

DAVO

E questo, appunto, nulla mi spaventa.

PANFILO

Di tal timor, deh, tosto trammi.

DAVO

Or, ecco,
Ten traggo. A te sua figlia omai Creméte
Più non dà.

PANFILO

Donde il sai?

DAVO

Sollo. Pur dianzi
Colsemi il padre tuo; dissemi, ch'oggi
Moglie ti dava; e dissemi altre molte
Cose, ch'or dirti non occorre. Io ratto,
Per avvisarti, al foro; e non trovandoti,
Salito in alto, attorno guardo, e invano.
Trovo ivi Birria di Carino, a caso;
Chieggo a lui; non t'ha visto: arrabbio. Intanto,
Ruminando, mi nasce, mentr'io torno,
Un sospetto: e mel dà la cosa stessa.
Dico in me: scarsa compra; il vecchio mesto;
Nozze improvvise; eh, non può stare.

PANFILO

E in somma?...

DAVUS

Ego me continuo ad Chremem.
Cum illuc advenio, solitudo ante ostium. Jam id gaudeo.

PAMPHILUS

Recte dicis, perge.

DAVUS

Maneo. Interea introire neminem
Video, exire neminem, matronam nullam, in aedibus
Nil ornati, nil tumulti. Accessi, introspexi.

PAMPHILUS

Scio.
Magnum signum.

DAVUS

Num videntur convenire haec nuptiis?

PAMPHILUS

Non opinor, Dave.

DAVUS

Opinor narras? non recte accipis.
Certa res est. Etiam puerum inde abiens conveni Chremis,
Olera et pisciculos minutos ferre obolo in coenam seni.

CHARINUS

Liberatus sum, Dave, hodie tua opera.

DAVO

E in somma? Io tosto da Creméte volo:
Giungo alla porta, il tutto è muto; io godone....

PANFILO

Oh! bene sta: prosiegui.

DAVO

Là, m'imposto:
Non vedo anima entrarvi; anima uscirne,
Non vedo; e non matrona alcuna, e nulla
D'ornato nella casa, e nessun chiasso.
Accostomi; entro guardo....

PANFILO

È ver; ciò pare
Un grande indizio....

DAVO

Oh! gli apparati questi
Esser potrian di nozze?

PANFILO

Io pur n'ho dubbio.

DAVO

Dubbio? eh, che dubbio? è certa cosa. Aggiungi,
Ch'indi partendo, il ragazzo incontrai,
Che alcuni erbaggi e pesciolin d'un soldo,
Riportava per cena del buon vecchio.

CARINO

Oggi per opra tua, Davo, i'son salvo.

DAVUS

At nullus quidem.

CHARINUS

Quid ita? nempe huic prorsus illam non dat.

DAVUS

Ridiculum caput!
Quasi necesse sit, si huic non dat, te illam uxorem ducere.
Nisi vides, nisi senis amicos oras, ambis.

CHARINUS

Bene mones.
Ibo: etsi hercle saepe jam me spes haec frustrata est. Vale.

SCENA TERTIA

PAMPHILUS, DAVUS

PAMPHILUS

Quid igitur sibi volt pater? cur simulat?

DAVUS

Ego dicam tibi.
Si id succenseat nunc, quia non dat tibi uxorem Chremes,
Ipsus sibi esse injurius videatur: neque id injuria:

DAVO

Adagio un po'.

CARINO

Che adagio? a lui Creméte
Non dà la figlia....

DAVO

Oh! sei pur caro: e averla
Tu dei di forza, perchè a lui la niega.
Se non ci vai, se non preghi tu stesso
E il vecchio, e i suoi, davver tu sogni.

CARINO

Androvvi;
Ben mi consigli. Bench'io già più volte
Deluso fui di tal mia speme. Addio.

SCENA TERZA

PANFILO, DAVO

PANFILO

Ma, che vuol dunque? e perchè finge, il padre?

DAVO

Dirottel'io. Dov'egli or si crucciasse
Contra Creméte, ingiusto, e non a torto,
Essere a lui parrebbe: ove poi chiaro

Priusquam tuum, ut sese habeat, animum ad nuptias perspexerit.
Sed si tu negaris ducere, ibi culpam in te transferet:
Tum illae turbae fient.

PAMPHILUS

Quid vis? patiar?

DAVUS

Pater est, Pamphile:
Difficile est. Tum haec sola est mulier: dictum ac factum invenerit
Aliquam causam, quamobrem ejiciat oppido.

PAMPHILUS

Ejiciat?

DAVUS

Cito.

PAMPHILUS

Cedo igitur, quid faciam, Dave?

DAVUS

Dic te ducturum.

PAMPHILUS

Hem!

Fatt'abbia, che sei tu, che torla nieghi,
Allora sì, che ben potrà incolparti;
Allor, faranne un bel fracasso.

PANFILO

Or dunque,
Che degg'io far? soffrir lo debbo?

DAVO

È padre.
Panfilo, e' c'è del brutto. Ov'ei risappia,
Che a costei sola intendi, o in detti, o in fatti
Alcun appiglio ei troverà, onde tosto
Cacciarla.

PANFILO

Oh Dio! cacciarla?

DAVO

E come!

PANFILO

O Davo,
Che farò dunque?

DAVO

Di', che vuoi pigliarla,
Com'ei t'impone.

PANFILO

Oimè!

DAVUS

Quid est?

PAMPHILUS

Ego dicam?

DAVUS

Cur non?

PAMPHILUS

Nunquam faciam.

DAVUS

Ne nega.

PAMPHILUS

Suadere noli.

DAVUS

Ex ea re quid fiat, vide.

PAMPHILUS

Ut ab illa excludar, huc concludar.

DAVUS

Non ita est.

Nempe hoc sic esse opinor dicturum patrem:
Ducas volo hodie uxorem. Tu, ducam, inquies:
Cedo, quid jurgabit tecum? hic reddes omnia,
Quae nunc sunt certa ei consilia, incerta ut sient,
Sine omni periclo. Nam hocce haud dubium est, quin
Chremes

DAVO

Che fu?

PANFILO

Ciò dirgli,
Io?

DAVO

Perchè no?

PANFILO

Mai nol farei.

DAVO

Nol dire.

PANFILO

Ma, perchè indurmi a ciò?

DAVO

Nota or l'effetto.

PANFILO

Chiaro è l'effetto: io questa perdo, e colto
Nell'altra sono.

DAVO

Oibò. Per fermo io tengo,
Che così il padre parleratti: Figlio,
Oggi vo'che ti ammogli. E il vo'; rispondi.
Pregoti, allor può teco garrir egli?
Nulla; e così, senza un periglio al mondo,
Tu gli fai dubbio ogni suo certo avviso.
E sta securo, che Creméte darti

Tibi non det gnatam: nec tu ea causa minueris
Haec quae facis, ne is suam mutet sententiam.
Patri dic velle: ut, cum velit tibi jure irasci, non queat.
Nam quod tu speres, propulsabo facile: uxorem his moribus
Dabit nemo. Inopem inveniet potius, quam te corrumpi sinat.
Sed si te aequo animo ferre accipiet, negligentem feceris.
Aliam otiosus quaeret. Interea aliquid acciderit boni.

PAMPHILUS

Itan' credis?

DAVUS

Haud dubium id quidem est.

PAMPHILUS

Vide quo inducas.

DAVUS

Quin taces?

PAMPHILUS

Dicam. Puerum autem ne resciscat mihi esse ex illa, cautio est:
Nam pollicitus sum suscepturum.

DAVUS

O Facinus audax!

Non vuol sua figlia: nè il contegno tuo
Cangerai seco, affinch'ei se non cangi.
Ma, in assentir tu al padre, lo disarmi.
Nè temer quanto al poi, ch'io farò vano
Lievemente ogni suo disegno. Eh! moglie
Nessun può dare a chi ha i costumi nostri.
Forse ch'egli anco, per più non vederti
Guasto di questa, una qualch'altra giovane
Non ricca vorrà darti: ma, ove pronto
Ti mostri tu, raffredderassi, e un'altra
A suo bell'agio ei cercherà. Frattanto
Qualche ventura accaderacci.

PANFILO

Oh! il pensi?

DAVO

È certo.

PANFILO

Bada, a che mi traggi.

DAVO

Eh! taci.

PANFILO

E s'egli mai sapesse, ch'io di questa
Ho un figlio? eppure le impegnai mia fede,
Di allevarmelo.

DAVO

Oimè! l'ardita impresa!

PAMPHILUS

Hanc fidem
Sibi, me obsecravit, qui se sciret non deserturum, ut darem.

DAVUS

Curabitur. Sed, pater adest. Cave te esse tristem sentiat.

SCENA QUARTA

SIMO, DAVUS, PAMPHILUS

SIMO

Reviso, quid agant, aut quid captent consili.

DAVUS

Hic nunc non dubitat quin te ducturum neges.
Venit meditatus alicunde ex solo loco:
Orationem sperat invenisse se,
Qui differat te: proin' tu face, apud te ut sies.

PAMPHILUS

Modo ut possim, Dave.

DAVUS

Crede hoc mihi, inquam, Pamphile,

PANFILO

Pregommen'ella: io gliel giurava; e mai
Non l'abbandonerò.

DAVO

Rimedieravvisi.
Ma, viene il padre. Oh! ben tuo duol gli ascondi.

SCENA QUARTA

SIMONE, DAVO, PANFILO

SIMONE

Rivediamli or, che fanno, o a qual partito
Si appiglian essi.

DAVO

Ei vien pensoso e solo:
Per fermo ei tien, che tu gli niegherai
Di pigliar moglie; e un qualche bel trovato
Per ti seccare avrà allestito: bada,
A star ben su la tua.

PANFILO

Pur ch'io mel possa!

DAVO

Panfilo, credi a me: se a lui tu assenti,

Nunquam hodie tecum commutaturum patrem
Unum esse verbum, si te dices ducere.

SCENA QUINTA

BYRRHIA, SIMO, DAVUS, PAMPHILUS

BYRRHIA

Herus me, relictis rebus, jussit Pamphilum
Hodie observare, ut, quid ageret de nuptiis,
Scirem. Id propterea nunc hunc venientem sequor.
Ipsum adeo praesto video cum Davo. Hoc agam.

SIMO

Utrumque adesse video.

DAVUS

Hem, serva.

SIMO

Pamphile.

DAVUS

Quasi de improviso respice ad eum.

PAMPHILUS

Ehem pater.

DAVUS

Probe.

Oggi nè una parola da ridirti
Troverà il padre mai.

SCENA QUINTA

BIRRIA, SIMONE, DAVO, PANFILO

BIRRIA

Vuole il padrone
Ch'io tutto lasci, e a Panfilo stia dreto,
Per spíar oggi, s'ei fa o no le nozze.
Quì s'avviava, ond'io lo seguo. Oh! ve'llo
Con Davo appunto. Osserverollo.

SIMONE

Entrambi
Eccoli.

DAVO

Attento: ei ci ha veduti.

SIMONE

Panfilo.

DAVO

Voltati, e fingi esser sorpreso.

PANFILO

Oh! padre.

DAVO

A pennello.

SIMO

Hodie uxorem ducas, ut dixi, volo.

BYRRHIA

Nunc nostrae parti timeo, quid hic respondeat.

PAMPHILUS

Neque istic neque alibi tibi usquam erit in me mora.

BYRRHIA

Hem!

DAVUS

Obmutuit.

BYRRHIA

Quid dixit?

SIMO

Facis ut te decet,
Cum istuc, quod postulo, impetro cum gratia.

DAVUS

Sum verus?

BYRRHIA

Herus, quantum audio, uxore excidit.

SIMONE

Quest'oggi, come il dissi,
Vo' che moglie tu meni.

BIRRIA

Or sua risposta
Temo per noi.

PANFILO

Nè in ciò, padre, nè in altro,
Fia ch'a' tuoi cenni tardo me ritrovi.

BIRRIA

Oimè!

DAVO

Non trova più parola il vecchio.

BIRRIA

Che rispos'egli? Io nulla udía.

SIMONE

Ben fai,
Da quel che sei, con sì buona maniera
La mia chiesta accordandomi.

DAVO

Mi apposi
Io dianzi, o no?

BIRRIA

Per quanto io sento, è spiccio
Il padron mio.

SIMO

I jam nunc intro, ne in mora, cum opus sit, sies.

PAMPHILUS

Eo.

BYRRHIA

Nullane in re esse homini cuiquam fidem!
Verum illud verbum est, volgo quod dici solet,
Omnes sibi malle melius esse, quam alteri.
Ego illam vidi virginem: forma bona
Memini videre. Quo aequior sum Pamphilo,
Si se illam in somnis, quam illum, amplecti maluit.
Renunciabo, ut pro hoc malo mihi det malum.

SCENA SEXTA

DAVUS, SIMO

DAVUS

Hic nunc me credit aliquam sibi fallaciam
Portare, et ea me hic restitisse gratia.

SIMO

Quid Davus narrat?

SIMONE

Ríentra omai tu dunque
In casa; e presto, ove sia d'uopo, tienti.

PANFILO

Ríentro, e aspetto.

BIRRIA

Ahi fede! e fia pur vero
Che in nulla a nullo a prestar s'abbia? Il solo
Proverbio è certo: Ognun per se. Sovvengomi
D'averla vista anch'io questa donzella
Di Creméte; è bellina; è naturale,
E compatisco Panfilo, se in letto
Abbracciar lei, piuttosto che Carino,
Vorrebbe. Or gliel vo' dire, e a mala nuova
Mala mancia ne avrò.

SCENA SESTA

DAVO, SIMONE

DAVO

Costui si aspetta,
Ch'io sia rimasto quì con esso, a fargli
Qualche raggiro.

SIMONE

Or, che dic'egli il Davo?

DAVUS

Aeque quidquam nunc quidem.

SIMO

Nihilne? Hem.

DAVUS

Nihil prorsus.

SIMO

Atqui expectabam quidem

DAVUS

Praeter spem evenit: sentio: hoc male habet virum.

SIMO

Potin' es mihi verum dicere?

DAVUS

Nihil facilius.

SIMO

Num illi molestae quidpiam hae sunt nuptiae,
Hujusce propter consuetudinem hospitae?

DAVUS

Nihil hercle: aut si adeo, bidui est, aut tridui
Haec solicitudo: Nostin'? deinde desinet:
Etenim eam secum rem recta reputavit via.

DAVO

Io? non fo motto.

SIMONE

Nulla, eh?

DAVO

Nunulla.

SIMONE

E alcuna cosa io pur sperava....

DAVO

E i venti
Le speranze involavano. — Ben veggo;
Il mio tacer lo stuzzica.

SIMONE

Or via, puoi dirmi
Una volta tu il vero?

DAVO

Altro non posso.

SIMONE

Non spiaccion elle queste nozze al figlio,
Che pur è avvezzo con quest'altra?

DAVO

O nulla,
O poco: e, s'io'l conosco, in du'o tre giorni
Fia svanito il dolore. Oh! non t'è noto?
Ei prese in questo il buon partito.

SIMO

Laudo.

DAVUS

Dum licitum est illi, dumque aetas tulit,
Amavit: tum id clam. Cavit ne unquam infamiae
Ea res sibi esset, ut virum fortem decet.
Nunc uxore opus est; animum ad uxorem appulit.

SIMO

Subtristis visus est esse aliquantulum mihi.

DAVUS

Nihil propter hanc rem: sed est, quod succenset tibi.

SIMO

Quidnam est?

DAVUS

Puerile est.

SIMO

Quid est?

DAVUS

Nihil.

SIMO

Quin dic, quid est?

DAVUS

Ait nimium parce facere sumtum.

SIMONE

Io, il lodo.

DAVO

Ei donneò, finchè il permiser gli anni;
† E virilmente con mistero e decenza
Anco il fea: di tor moglie or viene il tempo,
Ed ei rivolge or l'animo a tor moglie.

SIMONE

Ma pur, mi parve afflittarello alquanto.

DAVO

Oh! non per questo: ciò che un po'lo adira,
Fors' è....

SIMONE

Che mai?

DAVO

Cosa da putti.

SIMONE

In somma,
Cos'è?

DAVO

Davvero, un nulla.

SIMONE

Or via, nol dici?

DAVO

A lui par poca questa spesarella....

SIMO

Mene?

DAVUS

Te.

Vix, inquit, drachmis opsonatus est decem:
Num filio videtur uxorem dare?
Quem, inquit, vocabo ad coenam meorum aequalium
Potissimum nunc? et, quod dicendum hic siet,
Tu quoque perparce nimium. Non laudo.

SIMO

Tace.

DAVUS

Commovi.

SIMO

Ego, istaec recte ut fiant, videro.
Quidnam hoc rei est? quidnam hic volt veterator sibi?
Nam si hic mali est quidquam, hem illic est huic rei caput.

SIMONE

La mia d'oggi?

DAVO

La tua. Per dieci scarse
Dramme, dic'egli, comprasi tal cena
Da far nozze ad un figlio? de'miei pari
Quale ardirò invitarvi? E, sia quì detto
Fra noi, tu pure in ciò straparco....

SIMONE

Taci.

DAVO

L'ho pur turbato.

SIMONE

A me il pensar si aspetta
Che stia tutto a dovere. — Oh! ch'è mai questo?
Che si pretende l'astutaccio? Al certo,
Se quì v'ha inganno, il padre n'è costui.

ACTUS TERTIUS

SCENA PRIMA

MYSIS, SIMO, DAVUS, LESBIA, GLYCERIUM

Ita pol quidem res est, ut dixti, Lesbia:
Fidelem haud ferme mulieri invenias virum.

SIMO

Ab Andria est ancilla haec. Quid narras?

DAVUS

Ita est.

MYSIS

Sed hic Pamphilus.

SIMO

Quid dicit?

ATTO TERZO

SCENA PRIMA

MISIDE, SIMONE, DAVO, LESBIA, GLICERIA

MISIDE

Lesbia, affè, come il dici, ell'è; fedele
A donna un uom, quasi mai non si trova.

SIMONE

Oh oh! la fante ell'è dell'Andria. Davo,
Che mi di' tu?

DAVO

Che così gli è.

MISIDE

Ma, questo
Panfilo pur...

SIMONE

Che dice?

MYSIS

Firmavit fidem.

SIMO

Hem.

DAVUS

Utinam aut hic surdus, aut haec muta facta fit.

MYSIS

Nam quod peperisset, jussit tolli.

SIMO

O Jupiter!

Quid ego audio? actum est, siquidem haec vera praedicat.

LESBIA

Bonum ingenium narras adolescentis.

MYSIS

Optumum.

Sed sequere me intro, ne in mora illi sis.

LESBIA

Sequor.

DAVUS

Quod remedium nunc huic malo inveniam?

SIMO

Quid hoc?

Adeon' est demens? ex peregrina? jam scio: ah!

MISIDE

Fe giurolle.

SIMONE

Olà!

DAVO

Dio almen volesse, o ch'egli sordo,
O ch'ella muta divenisse!

MISIDE

E ha dato
Ordin, che il bimbo a costo suo si allevi.

SIMONE

Oh Dei! che ascolto? s'ella dice il vero,
Addio speranze.

LESBIA

Un giovine per bene,
D'indole buona è dunque?

MISIDE

Ottimo. Or, vieni,
Entriam; che indugio ella di te non soffra.

LESBIA

Sieguoti.

DAVO

Oh cielo! e come or rattopparglielà?

SIMONE

Che mai fia questo? che sì matto ei sia?...
D'una straniera?... Or so; ci sono; al fine,

Vix tandem sensi stolidus.

DAVUS

Quid hic sensisse ait?

SIMO

Haec primum adfertur jam mihi ab hoc fallacia.
Hanc simulant parere, quo Chremetem absterreant.

GLICERIUM

Juno Lucina, fer opem: serva me, obsecro.

SIMO

Hui, tam cito? ridiculum. Postquam ante ostium
Me audivit stare, approperat. Non sat commode
Divisa sunt temporibus tibi, Dave, haec.

DAVUS

Mihin'?

SIMO

Num immemores discipuli?

DAVUS

Ego, quid narres, nescio.

SIMO

Hiccine, si me imparatum in veris nuptiis

(Stolto ch'io fui!) l'indovino ora appena.

DAVO

Che diavol ma'indovina?

SIMONE

È questo il primo
Bindol, che fammi oggi costui. Di parto
La fingon essi, per vieppiù far stucco
Di noi Creméte.

GLICERIA (1)

O Giunone Lucina,
Ajuto, ajuto! deh, salvami, prego.

SIMONE

Pov! troppo presto: e'non connetton.—Mira
Sfacciato! or ch'ei mi ha visto anzi alla porta,
Or mi si accosta.— Oh! messer Davo, in vero,
Questa tua scena hai pur mal compartita.

DAVO

Parli tu a me?

SIMONE

Forse gli alunni tuoi
Non sapean la lor parte?

DAVO

Oh! quai novelle
Mi conti tu?

SIMONE

Per dio, che se sprovvisto

(1) Di dentro.

Adortus esset, quos mihi ludor redderet?
Nunc hujus periclo fit. Ego in portu navigo.

SCENA SECUNDA

LESBIA, ARCHILIS, SIMO, DAVUS

LESBIA

Adhuc, Archilis, quae adsolent, quaeque oportet
Signa ad salutem esse, omnia huic esse video.
Nunc primum fac, istaec ut lavet: post deinde,
Quod jussi ei dare bibere, et quantum imperavi,
Date: mox ego huc revertor.
Per, ecastor, scitus puer est natus Pamphilo.
Deos quaeso, ut sit superstes: quandoquidem ipse est ingenio bono;
Cumque huic veritus est optumae adolescenti facere injuriam.

SIMO

Vel hoc quis non credat, qui norit te, abs te esse ortum?

DAVUS

Quidnam id est?

In vere nozze costui mi assaliva,
Per le feste ei conciavami! Ma, in mare
È colto or egli; ed io, già me la rido.

SCENA SECONDA

LESBIA, ARCHILIDE, SIMONE, DAVO

LESBIA (1)

Tutto vien bene, Archilide, finora;
Ed ella avrà buon puérperio. Intanto,
Fa che si lavin ben codesti panni,
Subito; e poi, quel bere, che ordinai,
Diasele; e tanto quanto ne ordinai:
Che or or ritorno. — Perdínci, che bello,
Che aggraziatino bimbo è nato a Panfilo!
Gli Dei gnene conservino! che un buono
Giovine egli è: bell'indole! non volle
Far torto a una tant'ottima donzella.

SIMONE

Sciocco! e chi te conosce, appien non vede
Che tutto questo è un giuoco tuo?

DAVO

Davvero,
Ch'io non t'intendo.

(1) Ad Archilide dentro.

SIMO

Non imperabat coram, quid opus facto esset puerperae:
Sed postquam egressa est, illis, quae sunt intus, clamat de via.
O Dave, itan' contemnor abs te? aut itane tandem idoneus
Tibi videor esse, quem tam aperte fallere incipias dolis?
Saltem accurate, ut metui videar certe, si resciverim.

DAVUS

Certe hercle nunc hic se ipsus fallit, haud ego.

SIMO

Edixin' tibi?
Interminatus sum, ne faceres? num veritus? quid retulit?
Credon' tibi hoc nunc, peperisse hanc e Pamphilo?

DAVUS

Teneo, quid erret: quid ego agam, habeo.

SIMO

Quid taces?

DAVUS

Quid credas? quasi non tibi renunciata sint haec sic fore.

SIMONE

Oh! bell'ingegno! In casa
Costei non provvedeva alla puerpera;
E appena fuori, in su la via schiamazza
A quelle dentro il bisognevol. Via,
Tu m'hai per tondo tanto? a bella prima,
Tu mi pianti di queste? O Davo, almanco
Con un po'più d'astuzia; ch'io non paja
Un fantoccio del tutto.

DAVO

Al certo, ei piglia
Ora il granchio, non io.

SIMONE

Sai, ch'io tel dissi;
Sai le minacce mie; che pro? temenza
Avestù mai? Ma, stimi tu, ch'io creda,
Ch'ora costei partorisca, e di Panfilo?

DAVO

Or vedo l'error suo: già so il compenso.

SIMONE

Che? taci tu?

DAVO

E tu, indovini forse?
Questa orditura nostra tutta prima
Ti fu svelata.

SIMO

Mihin' quisquam?

DAVUS

Eho, an tute intellexti hoc ad simulari?

SIMO

Irrideor.

DAVUS

Renunciatum est: nam qui istaec tibi incidit suspicio?

SIMO

Qui? quia te noram.

DAVUS

Quasi tu dicas, factum id consilio meo.

SIMO

Certe enim scio.

DAVUS

Non satis me pernosti etiam, qualis sim, Simo.

SIMO

Egone te?

DAVUS

Sed, si quis narrare occoepi, continuo dari

SIMONE

A me? chi mai?...

DAVO

Sibbene,
Che tu da te ti saresti avveduto
Ch'era questa una finta?

SIMONE

Oh! mi corbelli?

DAVO

Donde il sospetto in te verria? t'è stato
Detto, senz'altro.

SIMONE

Donde? buona lana,
Dal ben conoscert'io.

DAVO

Come s'io
L'autor ne fossi: oh, quanto sbagli tu!

SIMONE

Di certo so, che il sei.

DAVO

Non ben per anco,
Tu, Simon, mi conosci.

SIMONE

Io, te?

DAVO

Disgrazia!

Tibi verba censes.

SIMO

Falso.

DAVUS

Itaque hercle nihil jam mutire audeo.

SIMO

Hoc ego scio unum, neminem peperisse hic.

DAVUS

Intellextin?

Sed nihilo secius mox deferent puerum huc ante ostium.
Id ego jam nunc tibi renuncio, here, futurum, ut sis sciens:
Ne tu hoc mihi posterius dicas, Davi factum consilio, aut dolis.
Prorsus a me opinionem hanc tuam esse ego amotam volo.

SIMO

Unde id scis?

DAVUS

Audivi, et credo. Multa concurrunt simul,
Qui conjecturam hanc nunc facio. Jam primum haec se e Pamphilo
Gravidam dixit esse. Inventum est falsum. Nunc, postquam videt

Che s'io pur entro a svelarti una cosa,
Tosto tu m'hai per un bugiardo.

SIMONE

Or menti.

DAVO

Ed io per ciò fiatar più non mi ardisco;
In verità.

SIMONE

Quel ch'io so ben per ora,
È, che nessuna costà partoriva.

DAVO

Ciò sai? Ma, non ostante, or or vedrai
† Innanzi all'uscio esportare il bambino;
Io te l'annunzio, o padron, perchè il sappi
Prima; e non m'abbi a tentennar poi dopo,
Che ciò accadea per mio avviso o inganno.
Sul fatto mio vo'farti interamente
Ricredere.

SIMONE

Onde il sai?

DAVO

Fu detto; e il credo,
Perchè combinan molte cose: ond'io
Congetturo così: già un'altra volta
Incinta esser di Panfilo costei
Si disse, e non fu poi; vedendo or ella

Nuptias domi apparari, missa est ancilla illico
Obstetricem accersitum ad eam, et puerum ut adferret simul.
Hoc nisi sit, puerum ut tu videas, nil moventur nuptiae.

SIMO

Quid ais? cum intellexeras,
Id consilii capere, cur non dixti extemplo Pamphilo?

DAVUS

Quis igitur eum ab illa abstraxit, nisi ego? nam omnes nos quidem
Scimus, quam misere hanc amarit. Nunc sibi uxorem expetit.
Postremo id mihi da negoti. Tu tamen idem has nuptias
Perge facere ita, ut facis: et id spero adjuturos Deos.

SIMO

Imo abi intro. Ibi me opperire, et, quod parato opus est, para.
Non impulit me, haec nunc omnino ut crederem.
Atque haud scio, an, quae dixit, sint vera omnia:
Sed parvi pendo. Illud mihi multo maxumum est,
Quod mihi pollicitus est ipsus gnatus. Nunc Chremem
Conveniam: orabo gnato uxorem. Id si impetro,
Quid alias malim, quam hodie has fieri nuptias?

Quì le nozze apprestarsi, in fretta in fretta
Mandò la fante per la levatrice,
Che un bambino arrecasse. E sia ciò pure;
Ove tu il bimbo non veda, è lo stesso
Quanto alle nozze.

SIMONE

Oh! che di' tu? sapendo
Tal cosa tu, dir non dovevi tosto
A Panfilo?

DAVO

E gliel tacqui? e non son io
Quel, che di lei lo scaponiva? Oh! guasto
Ei n'era pure il tapinello! e niuno
Più di me il sa. — Ma adesso, è tutto moglie;
Onde, affidati in me. Tu, siegui intanto
Ad allestir, come hai fatto finora,
† Le nozze; e in tutto ajuteracci Iddio.

SIMONE

Sta bene. Entra tu dunque, e sta facendo
Quanto è da farsi in casa, fin ch'io torni. —
Non mi fa forza appien quanto ei mi narra;
Eppur non so, se il tutto non è vero;
Ma, poco importa. Quel che a me rileva,
È la parola del mio figlio stesso
Or cercherò Cremète, e pregherollo,
Di voler riconcederci la figlia.

Nam gnatus quod pollicitus est, haud dubium est mihi,
Si nolit, quin eum merito possim cogere.
Atque adeo in ipso tempore eccum ipsum obviam.

SCENA TERTIA

SIMO, CHREMES

SIMO

Jubeo Chremetem.

CHREMES

Oh, teipsum quaerebam.

SIMO

Et ego te.

CHREMES

Optato advenis.
Aliquot me adiere, ex te auditum qui aiebant, hodie filiam
Meam nubere tuo gnato. Id viso, tune, an illi insaniant.

SIMO

Ausculta paucis, et quid ego te velim; et tu,
Quod quaeris, scies.

Ov'io l'ottenga, a che indugiar? quest'oggi
Meglio è concluder: ch'io punto non dubito,
S'anco il figlio il negasse, di poterlo
Giustamente costringere: ha promesso.
Ma, ecco appunto Creméte, che a me viene.

SCENA TERZA

CREMETE, SIMONE

SIMONE

A Creméte salute.

CREMÉTE

Oh! per l'appunto,
Di te cercava.

SIMONE

Ed io di te.

CREMÉTE

Bramato
Giungi. Alcuni a me vennero, che dissermi
Aver udito da te stesso, ch'oggi
La mia figlia al tuo figlio è sposa. Or, chieggo,
Son essi pazzi, o tu?

SIMONE

M'odi; e saprai
† Quel ch'io ti voglia, e quel che cerchi, in breve.

CHREMES

Ausculto: loquere, quid velis.

SIMO

Per te Deos oro, et nostram amicitiam, Chreme,
Quae incepta a parvis cum aetate accrevit simul,
Perque unicam gnatam tuam, et gnatum meum,
Cujus tibi potestas summa servandi datur;
Ut me adjuves in hac re, atque ita, uti nuptiae
Fuerant futurae, fiant.

CHREMES

Ah, ne me obsecra:
Quasi hoc te orando a me impetrare oporteat.
Alium esse censes nunc me, atque olim, cum dabam?
Si in rem est utrique, ut fiant, accersi jube.
Sed si ex ea re plus mali est, quam commodi
Utrique; id oro te, in commune ut consulas,
Quasi illa tua sit, Pamphilique ego sim pater.

SIMO

Imo Ita volo, itaque postulo ut fiat, Chreme:
Neque postulem abs te, ni ipsa res moneat.

CHREMES

Quid est?

CREMÉTE

Di' ciò che vuoi; ti ascolto.

SIMONE

Per la nostra
Vecchia amistà, che in noi fin da fanciulli
Venne crescendo, e per gli Dei, Creméte,
E per l'unica tua figlia, e pel mio,
Cui sta in tua man di serbarmi; scongiuroti,
Di secondarmi in questo; e porre a effetto,
Come già concertate eran, le nozze.

CREMÉTE

Or via; di ciò dei scongiurarmi forse?
Quas'io fossi diverso. Ah! son pur sempre
Io quel di pria. S'a entrambi ancor conviene
Far queste nozze, facciansi: ma, dove
Per ambo noi più mal che ben ne uscisse,
Io son che te scongiuro, di por mente
Al comune util nostro, quasi fossi
Tu di mia figlia il padre, ed io del tuo.

SIMONE

Anzi, Creméte mio, così pur voglio;
E così spero, che farai nè cosa,
Che non ti stesse, a te mai chiederei.

CREMÉTE

Ch'è dunque?

SIMO

Irae sunt inter Glycerium et gnatum.

CHREMES

Audio.

SIMO

Ita magnae, ut sperem posse avelli.

CHREMES

Fabulae.

SIMO

Profecto sic est.

CHREMES

Sic hercle, ut dicam tibi:
Amantium irae, amoris integratio est.

SIMO

Hem, id te oro, ut ante eamus, dum tempus datur,
Dumque ejus lubido occlusa est contumeliis;
Priusquam harum scelera et lacrumae confictae dolis
Reducunt animum aegrotum ad misericordiam.
Uxorem demus. Spero consuetudine, et
Conjugio liberali devinctum, Chreme,
Dehinc facile ex illis sese emersurum malis.

SIMONE

Infra il mio Panfilo, e Gliceria,
Del brutto v'è.

CREMÉTE

Per certo?

SIMONE

Oh sì, davvero;
E tanto, ch'io ne spero una rottura.

CREMÉTE

Favole.

SIMONE

Al certo, ell'è così.

CREMÉTE

Nol sai?
Sdegno d'amanti, è conferma d'amore.

SIMONE

Deh! di ciò sol ti prego; or, finch'è tempo,
Di antivenirlo; mentre più lo punge
Ira che amor; pria che l'animo infermo
S'impietosisca ai pianti e alle querele
Di codeste ingannevoli. Cremète,
Diamgli ora moglie. È da sperar, che avvinto,
E assuefatto a sì degno legame,
Ei sia per trarsi per sempre da tali
Sozzure.

CHREMES

Tibi ita hoc videtur: at ego non posse arbitror,
Neque illum hanc perpetuo habere, neque me perpeti.

SIMO

Qui scis ergo istuc, nisi periclum feceris?

CHREMES

At istuc periclum in filia fieri, grave est.

SIMO

Nempe incommoditas denique huc omnis redit;
Si eveniat, quod Dî prohibeant, discessio. At
Si corrigatur, quot commoditates, vide.
Principio amico filium restitueris:
Tibi generum firmum, et filiae invenies virum.

CHREMES

Quid istic? si ità istuc animum induxti esse utile,
Nolo tibi ullum commodum in me claudier.

SIMO

Merito te semper maxumi feci, Chreme.

CREMÈTE

E' pare a te così: ma stimo
Io, che non egli potrà starsi a lungo
Con la mia figlia; nè patir io a lungo,
Ch'ei non vi stia.

SIMONE

Ma ciò, puoi tu saperlo,
Se prova non ne fai?

CREMÈTE

Tal prova, fassi
Sovra la propria figlia?

SIMONE

In somma, il peggio
Al postutto saria (che il ciel nol voglia!)
Il divorziarli. Ma, s'ei mai si ammenda,
Quanti gran beni! osserva. A bella prima,
Rendi un figlio all'amico; un buon marito
Trovi alla figlia tua; genero saldo
A te....

CREMÈTE

Che più? s'utile ciò tu tieni,
Per me non resti che il tuo ben non tenti.

SIMONE

Oh vero amico mio! sempre in gran conto
Io t'ebbi....

CHREMES

Sed quid ais?

SIMO

Quid?

CHREMES

Qui scis eos nunc discordare inter se?

SIMO

Ipsu' mihi Davus, qui intimu' est eorum consiliis, dixit:
Et is mihi suadet, nuptias, quantum queam, ut maturem.
Num, censes, faceret, filium nisi sciret eadem haec velle?
Tute adeo jam ejus audies verba. Heus, evocate huc Davum.
Atque eccum, video ipsum foras exire.

SCENA QUARTA

DAVUS, SIMO, CHREMES

DAVUS

Ad te ibam.

SIMO

Quidnam est?

CREMÉTE

Or, che farai?

SIMONE

Che?...

CREMÉTE

Come noti

Sono a te i loro guai?

SIMONE

L'intimo loro,
Davo stesso, narrommeli: ed ei pure
D'affrettar queste nozze a più non posso,
Mi consigliava. Or, pensi che il direbbe
Costui, se tal di Panfilo il volere
Non fosse? Io ti vo' far parlar con esso.
Olà: Davo si chiami. Oh! ve'llo: egli esce
Di casa appunto.

SCENA QUARTA

DAVO, SIMONE, CREMETE

DAVO

A te, o Simon, veniva....

SIMONE

E perchè mai?...

DAVUS

Cur non accersitur? Jam advesperascit.

SIMO

Audin' tu illum?
Ego dudum non nil veritus sum, Dave, abs te, ne faceres idem,
Quod volgus servorum solet, dolis ut me deluderes,
Propterea quod amat filius.

DAVUS

Egon' istuc facerem?

SIMO

Credidi:
Idque adeo metuens vos celavi, quod nunc dicam.

DAVUS

Quid?

SIMO

Scies:
Nam propemodum habeo tibi jam fidem.

DAVUS

Tandem agnosti, qui siem.

SIMO

Non fuerant nuptiae futurae.

DAVUS

Quid? non?

DAVO

Da sera siamo, e ancora
Non vien la sposa?...

SIMONE

Odi, Creméte? — Or, via,
Davo, a dirtela, un servo come tutti
Io finor riputandoti, temei
Che tu non m'ingannassi....

DAVO

Oh cielo! inganni,
Io?...

SIMONE

Sì; mi credei, che favorir tu il figlio
Volessi. Udite il mio segreto or dunque.

DAVO

Qual mai fia?

SIMONE

Lo saprai; ch'i'ho quasi fede
In te oramai.

DAVO

Mi conoscesti al fine.

SIMONE

Eran finte le nozze....

DAVO

Oh! finte?...

SIMO

Sed ea gratia
Simulavi, vos ut pertentarem.

DAVUS

Quid ais?

SIMO

Sic res est.

DAVUS

Vide.
Nunquam istuc quivi ego intelligere. Vah consilium callidum!

SIMO

Hoc audi. Ut hinc te jussi introire, opportune hic fit mihi obviam.

DAVUS

Hem, numnam periimus?

SIMO

Narro huic, quae tu dudum narrasti mihi.

DAVUS

Quidnam audio?

SIMO

Gnatam ut det oro, vixque id exoro.

DAVUS

Occidi.

SIMONE

Io finsi,

Per porvi a prova.

DAVO

Oh! di' tu ver?

SIMONE

Davvero.

DAVO

Vedete astuzia! Eh! nè in cent'anni pure
Io l'avre' indovinata.

SIMONE

Ascolta. Or dianzi,

Rimandato to in casa, m'incontrai
Ben a tempo in Creméte....

DAVO

Ahi! ch'or siam fritti!

SIMONE

Gli narro ciò, che dianzi a me narrasti....

DAVO

Oh imbroglio!

SIMONE

Il prego, e quasi quasi ottengo
Ch'ei dia la figlia a Panfilo....

DAVO

Son morto.

SIMO

Hem, quid dixti?

DAVUS

Optume inquam factum.

SIMO

Nunc per hunc nulla est mora.

CHREMES

Domum modo ibo : ut apparentur, dicam : atque huc renuncio.

SIMO

Nunc te oro, Dave ; quoniam solus mihi effecisti hus nuptias:

DAVUS

Ego vero solus.

SIMO

Corrigere mihi gnatum porro enitere.

DAVUS

Faciam hercle sedulo.

SIMO

Potes nunc, dum animus irritatus est.

DAVUS

Quiescas.

SIMO

Age igitur: ubi nunc est ipsus?

SIMONE

Eh? ch'hai tu detto?

DAVO

Che gran cosa festi.

SIMONE

Or, quanto al padre, ei non c'indugia.

CREMÈTE

Io, vommi

A casa tosto, e fo apprestarla, e torno.

SIMONE

Pregoti or, Davo, poichè queste nozze
Tu solo hai fatte....

DAVO

Oh! sì; ben sol le ho fatte.

SIMONE

Nel ravviarmi il figlio anco ti adopra.

DAVO

Adoprerommi, e caldamente.

SIMONE

Il puoi,

Or mentr'egli è stizzíto ancor....

DAVO

Ti affida.

SIMONE

Via su; ma dove è egli adesso?...

DAVUS

Mirum, ni domi est.

SIMO

Ibo ad eum, atque eadem haec, quae tibi dixi, dicam itidem illi.

DAVUS

Nullus sum.

Quid causae est, quin hinc in pistrinum recta proficiscar via?

Nihil est preci loci relictum: jam perturbavi omnia:

Herum fefelli: in nuptias conjeci herilem filium:

Feci hodie, ut fierent, insperante hoc, atque invito Pamphilo.

Hem astutias! quod si quiessem, nihil evenisset mali.

Sed eccum: ipsum video: occidi:

Utinam mihi esset aliquid hic, quo nunc me praecipitem darem.

SCENA QUINTA

PAMPHILUS, DAVUS

PAMPHILUS

Ubi illic scelus est, qui me perdidit?

DAVUS

Perii.

DAVO

In casa
È maraviglia s'ei non v'è.

SIMONE

Trovarlo
Voglio, e quanto a te dissi, a lui vo'dire.

DAVO

Spedito io son. Che indugio più? ben posso
Alla macina andarmen dritto dritto.
Tutto guastai; non c'è da uscirne: al vecchio
Ho piantato carote; il padroncino
Ho aggavignato in queste nozze, contro
Sua voglia espressa, e nol sperando il padre.
Ecco ove mena il raggirar! s'io stavami,
Nessun mal mi toccava. Ma, chi vedo?
Panfilo? oimè! son morto. Oh! fosse almeno
Quì un precipizio da fiaccarmi il collo!

SCENA QUINTA

PANFILO, DAVO

PANFILO

Dov'è quel birbo, ch'hammi rovinato?...

DAVO

Ahi! Davo addio.

PAMPHILUS

Atque hoc confiteor
Jure obtigisse ; quandoquidem tam iners , tam nulli consili
Sum. Servon' fortunas meas me commisisse futili?
Ergo pretium ob stultitiam fero: sed inultum id nunquam a me auferet.

DAVUS

Posthac incolumem sat scio fore me, nunc si evito hoc malum.

PAMPHILUS

Nam quid ego nunc dicam patri? Negabon' velle me, modo
Qui sum pollicitus ducere? qua fiducia id facere audeam?
Nec, quid me nunc faciam, scio.

DAVUS

Nec de me equidem; atque id ago sedulo.
Dicam aliquid jam inventurum, ut huic malo aliquam producam moram.

PAMPHILUS

Oh.

DAVUS

Visus sum.

PAMPHILUS

Ehodum, bone vir, quid ais? viden' me consiliis tuis

PANFILO

Ma il ver si dica; a dritto
Così m'avvenne, poich'io pur sì tardo,
Sì dappoco mi sono. A un futil servo
Porre in man la mia sorte? Io ne riporto
Della stoltezza mia giusta mercede:
Ma, non perciò fia ch'impunito ei vada....

DAVO

Pur ch'io scampassi al primo fuoco; il poi,
Ben so che a me fia favorevol.

PANFILO

Io
Non so frattanto che mi dire al padre.
Gli niegherò di torla, io che pur ora
Gliel promettea? sfacciato non son tanto:
Eppur, che diavol fommi?

DAVO

Ed io? Trovassi
La via d'uscirne! Oh! gli darò un compenso;
Tanto che indugi la tempesta.

PANFILO

Oh! Davo.

DAVO

E'm'ha veduto.

PANFILO

Ehi, galantuom! che dici?

Miserum impeditum esse?

DAVUS

At jam expediam.

PAMPHILUS

Expedies?

DAVUS

Certe Pamphile.

PAMPHILUS

Nempe ut modo.

DAVUS

Imo melius, spero.

PAMPHILUS

Oh, tibi ego ut credam, furcifer?
Tu rem impeditam et perditam restituas? hem, quo fretu' sum,
Qui me hodie ex tranquillissima re conjecisti in nuptias.
An non dixi hoc esse futurum?

DAVUS

Dixti.

PAMPHILUS

Quid meritus?

Vediṃi, or dove i tuoi consigli m'hanno
Miseramente impaniato?

DAVO

Ed io

Ti spanierò.

PANFILO

Tu?

DAVO

Certo.

PANFILO

Sì, davvero,

Come pur dianzi.

DAVO

Oh! meglio, spero, assai.

PANFILO

Ch'io più ti creda, scellerato? a cosa
Ravviluppata e guasta appor potresti
Rimedio tu? ben mi affidava io, stolto!
Di lieto e tranquillissimo ch'io m'era,
M'hai sprofondato in queste nozze. Io forse
Non tel predissi?

DAVO

Il predicesti.

PANFILO

Or dunque,

Che ti si aspetta?

DAVUS

Crucem.

Sed sine paululum ad me redeam: jam aliquid dispiciam.

PAMPHILUS

Hei mihi,

Cum non habeo spatium, ut de te sumam supplicium, ut volo:

Namque hoc tempus, praecavere mihi me, haud te ulcisci, sinit.

DAVO

Un laccio. Ma, un tantino
† Lascia ch'io in me rientri, e alcun *districo*
Mi sovverrà.

PANFILO

Piacesse al ciel, che il tempo
Di gastigarti or, come il merti, avessi!
Ma, troppi guai m'incalzano, perch'io
Pigliar di te piena vendetta or possa.

ACTUS QUARTUS

SCENA PRIMA

CHARINUS, PAMPHILUS, DAVUS

CHARINUS

Hoccine credibile est, aut memorabile,
Tanta vecordia innata cuiquam ut siet,
Ut malis gaudeant, atque ex incommodis
Alterius sua comparent ut commoda? ah,
Idne est verum? imo id genus est hominum pessimum,
In denegando modo queis pudor est paululum:
Post ubi jam tempus est promissa perfici,
Tum coacti necessario se aperiunt, et timent:
Et tement; et tamen res cogit denegare.
Ibi tum impudentissima eorum oratio est:
Quis tu es? quis mihi es? cur meam tibi? heus,
Proxumus sum egomet mihi. Attamen, ubi fides,
Si roges, nihil pudet. Hic, ubi opus est,
Non verentur: illic, ubi nihil opus est, ibi verentur.

ATTO QUARTO

SCENA PRIMA

CARINO, PANFILO, DAVO

CARINO

S'è udito mai, creder si può, che al mondo
Tal gente v'abbia? i mali altrui recarsi
A gioja, ed anco a lor vantaggio? innata
Durezza! e fia pur vero? ah, sì, pur troppo!
E'v'ha tal razza di malnati, a cui
Poco costa il promettere; ma tosto
Che viene il tempo d'attenere, allora,
Stretti da presso, temono; e si mostrano
Quali ci sono: Sforzati al niego, oh! allora
È da sentirsi l'impudenza loro
Nel replicarti: » Chi se'tu? che hai fatto
» Per me tu mai? ch'io a te mia donna ceda?
» Perchè? va va, mi sei tu un pocolino
» Men di me stesso caro. » — E invan si spera

Sed quid agam? adeamne ad eum, et cum eo injuriam hanc expostulem?

Mala ingeram multa? atque aliquis dicat, nihil promoveris.

Multum. Molestus certe ei fuero, atque animo morem gessero.

PAMPHILUS

Charine, et me et te imprudens, nisi quid Dii respiciunt, perdidi.

CHARINUS

Itane, imprudens? tandem inventa est causa: solvisti fidem.

PAMPHILUS

Qui tandem?

CHARINUS

Etiam nunc me ducere istis dictis postulas?

PAMPHILUS

Quid istuc est?

CHARINUS

Postquam me amare dixi, complacita est tibi.

Heu me miserum, cum tuum animum ex animo spectavi meo!

Farli arrossir nel rammentar lor fede:
Morto è il rossor, quando davver fa d'uopo;
Quand'è inutile, abonda. — Ma, che fommi?
Cercarlo, ritrovarlo, querelarmi
D'un tanto affronto, e villania non lieve
Usargli... Invano, alcun dirammi. Invano?
Certo, no; molto io sturberollo, e in parte
M'avrò sfogato almeno....

PANFILO

Oh! se dal cielo
Non vienci ajuto, oimè, Carino, io stesso
T'ho rovinato, e teco me, per sola
Imprudenza.

CARINO

Imprudenza? Eh! giusto nome
Dalle, e la chiama slealtà.

PANFILO

Ma, come?...

CARINO

Pensi tu ancor potermi dar parole?

PANFILO

Ma, che mai fu?...

CARINO

Da ch'io d'amarla dissi,
Tu te la togli? Ahi lasso me, ch'io volli
Dal mio cor schietto giudicar del tuo!

PAMPHILUS

Falsu' es.

CHARINUS

Non tibi satis esse hoc visum solidum est gaudium
Nisi me lactasses amantem, et falsa spe produceres?
Habeas.

PAMPHILUS

Habeam? ah nescis quantis in malis verser miser,
Quantasque hic suis consiliis mihi confecit solicitudines
Meus carnufex.

CHARINUS

Quid istuc tam mirum, de te si exemplum capit?

PAMPHILUS

Haud istuc dicas, si cognoris vel me, vel amorem meum.

CHARINUS

Scio, cum patre altercasti dudum, et is nunc propterea tibi
Succenset, nec te quivit hodie cogere, illam ut duceres.

PAMPHILUS

Imo etiam quo tu minus scis aerumnas meas,

PANFILO

Tu se' in error....

CARINO

Nè ti appagasti mai,
Nè pieno era il tuo gaudio, se non quando,
L'amor mio lusingando, in falsa speme
Mi addormentavi. Abbila pur....

PANFILO

Ch'io l'abbia?
Ah, tu non sai (me misero!) in che affanni
Io mi stia: no, non sai, che amari giorni
Questo mio Davo perfido m'intesse
Cogli avvisi suoi rei.

CARINO

Da te l'esempio
Di reità (qual maraviglia?) ei prende.

PANFILO

Ciò non diresti, se me conoscessi,
E l'amata mia vera....

CARINO

So, che or dianzi
Altercato hai col padre; e irato quindi
Sendo ei con te, non ti potea per oggi
Stringere a torla.

PANFILO

Ah! no; mie angosce tutte,

Hae nuptiae non apparabantur mihi;
Nec postulabat nunc quisquam uxorem dare.

CHARINUS

Scio: tu coactus tua voluntate es.

PAMPHILUS

Mane;
Nondum scis.

CHARINUS

Scio equidem illam ducturum esse te.

DAVUS

Cur me enecas? hoc audi. Nunquam destitit
Instare, ut dicerem, me esse ducturum, patri:
Suadere, orare, usque adeo, donec perpulit.

CHARINUS

Quis homo istuc?

PAMPHILUS

Davos.

CHARINUS

Davos?

PAMPHILUS

Davos omnia.

CHARINUS

Quamobrem?

Non le sai tu. Non si apprestavan oggi
Nozze nessune; a me nessuno moglie
Volea dar oggi....

CARINO

Il so; ma vi ti sei
Costretto tu spontaneo....

PANFILO

T'arresta;
Tutto non sai.

CARINO

Ben so, che tu la prendi.

PANFILO

Maladetto! ma, sentimi. Sforzommi,
Pregando, supplicando, scongiurando,
Di dar parola di pigliarla al padre....

CARINO

Ma chi sforzotti?

PANFILO

Davo.

CARINO

Davo?

PANFILO

Tutto,
Davo fe' tutto.

CARINO

E perchè?

PAMPHILUS

Nescio: nisi mihi Deos satis
Scio fuisse iratos, qui auscultaverim.

CHARINUS

Factum est hoc, Dave?

DAVUS

Factum est.

CHARINUS

Hem, quid ais, scelus?
At tibi Di dignum factis exitium duint.
Eho, dic mihi, si omnes hunc conjectum in nuptias
Inimici vellent, quod, ni hoc, consilium darent?

DAVUS

Deceptus sum, at non defatigatus.

CHARINUS

Scio.

DAVUS

Hac non successit, alia aggrediemur via:
Nisi id putas, quia primo processit parum,
Non posse jam ad salutem converti hoc malum.

PAMPHILUS

Imo etiam: nam sati' credo, si advigilaveris,
Ex unis geminas mihi conficies nuptias.

PANFILO

Chi 'l può dire?
Ben dico, fu maledizion de' Numi
Ch' io l'ascoltassi mai.

CARINO

Tu 'l festi?

DAVO

Io 'l feci.

CARINO

Vedi furfante! Ma, daratti il cielo
Quel flagello che merti. Affè, se tutti
I suoi nemici avesser congiurato
Per impacciarlo in queste nozze, appunto
Dato gli avrian gli stessi tuoi consigli.

DAVO

Deluso son, non scoraggito.

CARINO

Il credo.

DAVO

Questa non dice? tenteremo un' altra:
Pensi tu, perchè l'una a vuoto andasse,
Ch' io questo mal non sappia a ben ritrarre?

PANFILO

Sì, anzi: e tal ti credo, che se invigili,
D' un par di nozze men farai due paja.

DAVUS

Ego, Pamphile, hoc tibi pro servitio debeo,
Conari manibus, pedibus, noctesque et dies
Capitis periculum adire, dum prosim tibi.
Tuum'st, si quid praeter spem evenit, mi ignoscere.
Parum succedit quod ago; at facio sedulo.
Vel melius tute reperi, me missum face.

PAMPHILUS

Cupio. Restitue in quem me accepisti locum.

DAVUS

Faciam.

PAMPHILUS

At jam hoc opus est.

DAVUS

Hem,'st, mane: crepuit a Glycerio ostium.

PAMPHILUS

Nihil ad te.

DAVUS

Quaero.

PAMPHILUS

Hem, nunccine demum?

DAVUS

At jam hoc tibi inventum dabo.

DAVO

Panfilo, il dover mio di fedel servo
È d'oprar notte e dì, con mani e piedi,
E a rischio insin di vita, per giovarti:
Quando la sorte poi non mi seconda,
È il tuo dover di compatirmi. È vero,
Che i miei disegni non riescon; pure,
Tutto vi adopro quant'io so. Fa meglio
Tu, se il sai, da te stesso: e Davo scarta.

PANFILO

Di tutto cuor. Ma pria ripommi donde
M'hai tolto.

DAVO

Il voglio.

PANFILO

Ma, dei farlo or tosto.

DAVO

Zitto; che l'uscio dell'amica croscia.

PANFILO

Che ha' tu che far?...

DAVO

Penso....

PANFILO

Eh! fine una volta?...

DAVO

E il fin, già l'ho: tu tel vedrai tra breve.

SCENA SECUNDA

MYSIS, PAMPHILUS, CHARINUS, DAVUS

MYSIS

Jam, ubi ubi erit, inventum tibi curabo, et mecum adductum.
Tuum Pamphilum: tu modo, anime mi, noli te macerare.

PAMPHILUS

Mysis.

MYSIS

Quid est? hem Pamphile, optume mihi te offers.

PAMPHILUS

Quid est?

MYSIS

Orare jussit, si se ames, hera, jam ut ad sese venias: Videre ait te cupere.

PAMPHILUS

Vah, perii. Hoc malum integrascit.

SCENA SECONDA

MISIDE, PANFILO, CARINO, DAVO

MISIDE (1)

Dove, dove ch' ei sia, ritroverollo
Il tuo Panfilo, acquetati; e con meco
Tel condurrò. Ma tu, non ti disfare
Intanto, anima mia.

PANFILO

Miside.

MISIDE

Miside?

Oh Panfilo! se' tu? ben opportuno
Mi t' appresenti.

PANFILO

Or dì; che fu?

MISIDE

M' invia
La padrona a pregarti, che, se l' ami,
A lei tosto tu venga: vuol vederti.

PANFILO

Ahi! son perduto. Questo è un mal che cresce.

(1) A Gliceria dentro.

Siccine me, atque illam opera tua nunc miseros solicitarier?
Nam idcirco accersor, nuptias quod mi apparari sensit.

CHARINUS

Quibus quidem quam facile poterat quiesci, sic hic quiesset.

DAVUS

Age, si hic non insanit satis sua sponte, instiga.

MYSIS

Atque edepol,
Ea res est; proptereaque nunc misera in moerore est.

PAMPHILUS

Mysis,
Per omnes tibi adjuro Deos, nunquam eam me deserturum:
Non, si capiundos mihi sciam esse inimicos omnes homines.
Hanc mihi expetivi, contigit: conveniunt mores: valeant
Qui inter nos discidium volunt: hanc, nisi mors, mi adimet nemo.

MYSIS

Resipisco.

Ed ella ed io siam miseri pur tanto,
E in tante angustie, per cagion di un Davo?
Che il sospetto ch'ell'ebbe di mie nozze,
Null'altro, or fa ch'ella mi chiami.

CARINO

E al certo,
S'ei si tacea costui, per nulla ell'era
Di ciò turbata.

DAVO

Evviva; anco tu, spingi;
Quasi ci da se non sia matto abbastanza.

MISIDE

Sì, certo; è questo ch'or l'accóra.

PANFILO

Io mài,
(Per tutti i Dei, Miside, il giuro) io mai
Non l'abbandonerò: non, se nimico
Farmi dovessi il mondo intero. Io volli
Gliceria, e l'ebbi; e i be'costumi suoi
Mi piaccion soli: or chi spiccarci tenta,
Vada in malora. Altro che morte, torla
Nulla a me puote.

MISIDE

Ah! torno a vita.

PAMPHILUS

Non Apollinis magi' verum, atque hoc, responsum est.
Si poterit fieri, ut ne pater per me stetisse credat,
Quo minus hae fierent nuptiae, volo. Sed si id non poterit;
Id faciam, in proclivi quod est, per me stetisse ut credat.
Quis videor?

CHARINUS

Miser aeque atque ego.

DAVUS

Consilium quaero.

CHARINUS

Fortis.

PAMPHILUS

Scio quid conere.

DAVUS

Hoc ego tibi profecto effectum reddam.

PAMPHILUS

Jam hoc opus est.

DAVUS.

Quin jam habeo.

CHARINUS

Quid est?

PANFILO

E questo
È oracol più, che se d'Apollo ei fosse.
Se ancor può farsi, che il mio padre creda
† Non rimaner per me le nozze non concluse,
Ciò sia in buon'ora: ma, se far non puossi,
Credasi ei pur, che sol per me ciò stesse.
Or, qual ti pajo?

CARINO

Al par di me, infelice.

DAVO

Cerco un compenso....

CARINO

E sia di vaglia.

PANFILO

I tuoi
Sforzi d'ingegno io già indovino.

DAVO

In breve
Te la do fatta.

PANFILO

In breve? or, tosto, è d'uopo....

DAVO

E fatta è già.

CARINO

Ch'è dunque?

DAVUS

Huic, non tibi, habeo; ne erres.

CHARINUS

Sat habeo.

PAMPHILUS

Quid facies, cedo?

DAVUS

Dies hic mî ut sati' sit, vereor,
Ad agendum: ne vacuum esse me nunc ad narrandum credas.
Proinde hinc vos amolimini: nam mî impedimento estis.

PAMPHILUS

Ego hanc visam.

DAVUS

Quid tu? quo hinc te agis?

CHARINUS

Verum vis dicam?

DAVUS

Imo etiam:
Narrationis incipit mihi initium.

CHARINUS

Quid me fiet?

DAVUS

Eho impudens, non satis habes, quod tibi dieculam addo,

DAVO

Oh! piano;

Fatta è per lui; non per te, no.

CARINO

Mi basta.

PANFILO

Via, che farai?

DAVO

Sì; mentre il giorno forse
Mi fia scarso all'oprar, perderò il fiato
E il tempo, in raccontarvi? Orsù, levatevi
D'innanzi a me ambedue, che mi sturbate.

PANFILO

Io da Gliceria andrommi.

DAVO

E tu, che fai?

Via, non ti spicci?

CARINO

Eppur, vuoi ch'io ti dica?...

DAVO

Eh! giusto; è il tempo or che tu dichi.

CARINO

Oh cielo!

Che fia di me?...

DAVO

Seccatorino, or dunque

Quantum huic promoveo nuptias?

CHARINUS

Dave, attamen.

DAVUS

Quid ergo?

CHARINUS

Ut ducam.

DAVUS

Ridiculum.

CHARINUS

Huc face ad me venias, siquid poteris.

DAVUS

Quid veniam? nihil habeo.

CHARINUS

Attamen, si quid.

DAVUS

Age, veniam.

CHARINUS

Si quid,

Domi erò.

DAVUS

Tu, Mysis, dum exeo, parumper me opperire hic.

Non basta a te quel ch'io ti do respiro,
Nel differir le costui nozze?

CARINO

Ahi! Davo....

DAVO

Ma che?

CARINO

Fammela avere....

DAVO

Eh! che sguajato!

CARINO

Se per me nulla tu potrai, deh! torna
Quì poscia a me....

DAVO

Ch'ho a tornar io? di nulla
Giovarti posso....

CARINO

Eppur.....

DAVO

Tornerò dunque.

CARINO

Oh! sì. Se nulla haimi che dir, sto in casa.

DAVO

Fin ch'io esca, tu Miside, quì aspetta.

MISIDE

Perchè?

MYSIS

Quapropter?

DAVUS

Ita facto est opus.

MYSIS

Matura.

DAVUS

Jam, inquam, hic adero.

SCENA TERTIA

MYSIS

Nilne esse proprium cuiquam? Di vostram fidem!
Summum bonum esse herae putabam hunc Pamphi-
lum,
Amicum, amatorem, virum, in quovis loco
Paratum: Verum ex eo nunc misera quem capit
Dolorem? facile hic plus mali est, quam illic boni.
Sed Davus exit. Mi homo, quid istuc, obsecro, est?
Quo portas puerum?

DAVO

Perchè fa d'uopo.

MISIDE

Affretta....

DAVO

Or ora

Torno; tel dissi.

SCENA TERZA

MISIDE

Oh buoni Iddii! fia vero
Che fra i mortali nessun bene duri!
Io mi credea che Panfilo era il tutto
Per la padrona mia: l'amico in esso
E l'amante, e il marito, e l'uom da tutte
Le occorrenze, Gliceria in lui d'aversi
Tenea; ve' quanto, e qual dolore or ella,
Misera, ne raccoglie: e il mal presente
Soverchia il ben ch'ell'ebbe. — Ma, ecco Davo.
Oh! che fai tu? deh! dove porti il bimbo?...

SCENA QUARTA

DAVUS, MYSIS

DAVUS

Mysis, nunc opus est tua
Mihi ad hanc rem exprompta memoria atque astutia.

MYSIS

Quidnam incepturus?

DAVUS

Accipe a me hunc ocius,
Atque ante nostram januam appone.

MYSIS

Obsecro,
Humine?

DAVUS

Ex ara hinc sume verbenas tibi,
Atque eas substerne.

MYSIS

Quamobrem id tute non facis?

DAVUS

Quia si forte opu' sit ad herum jusjurandum mihi

SCENA QUARTA

MISIDE, DAVO (1)

DAVO

Miside, or d'uopo è l'opra tua; la pronta
Tua mente astuta....

MISIDE

E a che t'appresti?

DAVO

Or tosto
Da me ricevi questo infante, e innanzi
All'uscio nostro posalo.

MISIDE

Oimè! in terra?

DAVO

Alcuna verga da codesto altare
Spiccati, e letto fagliene.

MISIDE

Oh! tu stesso
Perchè nol fai?

DAVO

Perchè, se il caso porta

(1) Col bambino.

Non apposuisse, ut liquido possim.

MYSIS

Intelligo.
Nova nunc religio in te istaec incessit. Cedo.

DAVUS

Move ocius te, ut, quid agam, porro intelligas.
Pro Jupiter!

MYSIS

Quid?

DAVUS

Sponsae pater intervenit.
Repudio quod consilium primum intenderam.

MYSIS

Nescio quid narres.

DAVUS

Ego quoque hinc ab dextera
Venire me adsimulabo. Tu, ut subservias
Orationi, utcunque opu' sit, verbis, vide.

MYSIS

Ego, quid agas, nihil intelligo: sed, si quid est,
Quod mea opera opus sit vobis, aut tu plus vides,
Manebo, ne quid vostrum remorer commodum.

Ch'io d'avercelo posto negar debba,
Io possa farne anco al padrone un pieno
Bel giuramento.

MISIDE

Intendo. Oh! scrupoloso
Anco diventi. Facciasi.

DAVO

Ma presto;
Ch'io quindi possa addottrinarti.... Oh cielo!

MISIDE

Che fu?

DAVO

Creméte! della sposa il padre!...
Ma, poi ch'ei viene, il primo avviso io cangio.

MISIDE

Che diavol dici? io nulla intendo.

DAVO

Or, io
Venir quì da man ritta infingerommi:
Ogni mio detto a secondar, tu bada.

MISIDE

+ Che tu ti facci, io non capisco nulla.
Ma, se a voi torna ch'io rimanga, ovvero
Se tu più di me vedi, io rimarrommi
Per non far disappunto.

SCENA QUINTA

CHREMES, MYSIS, DAVUS

CHREMES

Revertor, postquam, quae opus fuere ad nuptias
Gnatae, paravi, ut jubeam accersi. Sed quid hoc?
Puer hercle est. Mulier, tun' apposuisti hunc?

MYSIS

Ubi
Illic est?

CHREMES

Non mihi respondes?

MYSIS

Hem, nusquam est. Vae miserae mihi,
Reliquit me homo, atque abiit.

DAVUS

Di vostram fidem,
Quid turbae est apud forum? Quid illic hominum litigant?
Tum annona cara est. Quid dicam aliud, nescio.

MYSIS

Cur tu obsecro hic me solam?

SCENA QUINTA

CREMETE, MISIDE, DAVO

CREMÉTE

Il tutto ho presto
Per far le nozze della figlia; e torno
Per saper quando ella venirne debba....
Ma, ch'è mai questo? affè, ch'egli è un bel bimbo.
Oh oh! Donna, se' tu che quà il posasti?

MISIDE

Dov'è mai Davo?

CREMÉTE

E neppur mi rispondi?

MISIDE

E' non c'è più: me misera! ei mi lascia
In quest'impiccio!

DAVO

Oh sommi Dei! qual calca
Per quel foro era mai! che chiasso, e risse!
Eh! caro è il grano. — Altro che dir non trovo.

MISIDE

Oh! Davo! or, perchè sola quì lasciarmi?...

DAVUS

Hem, quae haec est fabula?
Eho, Mysis, puer hic unde est, quisve huc attulit?

MYSIS

Satin' sanus es, qui me id rogites?

DAVUS

Quem ego igitur rogem,
Qui hic neminem alium videam?

CHREMES

Miror, unde sit.

DAVUS

Dicturan' quod rogo?

MYSIS

Au.

DAVUS

Concede ad dexteram.

MYSIS

Deliras. Non tute ipse?

DAVUS

Verbum si mihi
Unum, praeterquam quod te rogo, faxis, cave.

MYSIS

Male dicis.

DAVUS

Unde est? dic clare.

DAVO

Oh bella! or sogni tu? Ma, olà! quel bimbo
Donde vien? chi 'l portò? Miside, il sai?

MISIDE

Se' tu briaco? a me il domandi?

DAVO

E a cui,
S'altri non veggo io quì?

CREMÉTE

Visto non m'hanno.

DAVO

† Risponderámi? or via.

MISIDE

Deh!...

DAVO

Quì, alla destra
Vieni, via, su.

MISIDE

Vaneggi. Or pria, tu stesso?...

DAVO

Non mi dir (bada) una parola sola,
Che a te chiesta io non abbia.

MISIDE

Mal favelli.

DAVO

Su, fuor de' denti; di chi è il bimbo?

MYSIS

A nobis.

DAVUS

Ha ha hae.

Mirum vero, impudenter mulier si facit.

CHREMES

Ab Andria est ancilla haec, quantum intelligo.

DAVUS

Adeon' videmur vobis esse idonei,
In quibus sic illudatis?

CHREMES

Veni in tempore.

DAVUS

Propera adeo puerum tollere hinc ab janua.
Mane: cave quoquam ex istoc excessis loco.

MYSIS

Dii te eradicent: ita me miseram territas.

DAVUS

Tibi ego dico, an non?

MYSIS

Quid vis?

MISIDE

È vostro.

DAVO

Eh! buffonate! è maraviglia certo,
Che a vostre pari avanzin bimbi.

CREMÉTE

Ah! Questa
È dell'Andria la fante, s'io ben odo.

DAVO

E'vi par dunque, che i be'tordi semo
Noi, da uccellarci così, eh?

CREMÉTE

Son giunto
† Giusto a puntino.

DAVO

To'su il bambino, via; spicciati. -- Sta:
Non ti muover di quì; bada.

MISIDE

Il malanno
Che il ciel ti dia! che vuoi? perchè in tal guisa
† Mi spaventi e mi strazj?

DAVO

M'intendi, o no?

MISIDE

Ma, che?...

DAVUS

At etiam rogas?
Cedo, Cujum puerum hic apposuisti? dic mihi.

MYSIS

Tu nescis?

DAVUS

Mitte id, quod scio: dic, quod rogo.

MYSIS

Vestri.

DAVUS

Cujus vestri?

MYSIS

Pamphili.

DAVUS

Hem, quid? Pamphili?

MYSIS

Eho, an non est?

CHREMES

Recte ego semper fugi has nuptias.

DAVUS

O facinus animadvertendum!

DAVO

Ancor chiedi?
Io, ti domando. Di chi è il bimbo, ch'hai
Tu quà posato? dì'.

MISIDE

Nol sai?

DAVO

Tralascia
Ch'io sappia, o no; di' ciò ch'io chieggo.

MISIDE

È vostro.

DAVO

Vostro? di chi?

MISIDE

Di Panfilo.

DAVO

Oh! di Panfilo?

MISIDE

Che? non l'è forse?

CREMÈTE

Oh! sì, davver ben feci
Di scansar sempre queste nozze!

DAVO

Oh ardire!
Oh sfacciatezza da punirsi!...

MYSIS

Quid clamitas?

DAVUS

Quemne ego heri vidi ad vos adferri vesperi?

MYSIS

O hominem audacem!

DAVUS

Verum. Vidi Cantharam
Subfarcinatam.

MYSIS

Diis pol habeo gratias,
Cum in pariundo aliquot adfuerunt liberae.

DAVUS

Nae illa illum haud novit, cujus causa haec incipit.
Chremes, si positum puerum ante aedes viderit,
Suam gnatam non dabit. Tanto hercle magis dabit.

CHREMES

Non hercle faciet.

MISIDE

E gracchj?

Perchè?

DAVO

Quel bimbo stesso, ch'io jersera
Vidi arrecarsi a casa vostra?...

MISIDE

Oh indegno!

Temerario....

DAVO

Son certo: io stesso, io vidi
Sotto'panni rigonfia venir Cántara.

MISIDE

Sia lode al ciel, che partorir l'han vista,
Oltre a noi serve, anco altre donne!

DAVO

In vero,
Quella di voi che inventò questa scena,
Mal conoscea Creméte. Quasi ch'egli,
Per l'aver visto un bimbo quì, negasse
Poscia la figlia a Panfilo: sciocchezze!
Glie la darà tanto più presto.

CREMÉTE (1)

Oh! certo
Non la darà.

(1) A parte.

DAVUS

Nunc adeo, ut tu sis sciens,
Ni puerum tollis, jamjam ego hunc mediam in viam
Provolvam, teque ibidem pervolvam in luto.

MYSIS

Tu pol, homo, non es sobrius.

DAVUS

Fallacia
Alia aliam trudit. Jam susurrari audio,
Civem Atticam esse hanc.

CHREMES

Hem.

DAVUS

Coactus legibus
Eam uxorem ducet.

MYSIS

Eho, obsecro, an non civis est?

CHREMES

Jocularium in malum insciens pene incidi.

DAVUS

Quis hic loquitur? O Chreme, per tempus advenis:
Ausculta.

DAVO

Finiamola. O tu pigli
Teco il tuo bimbo, o ch'io tel butto in mezzo
Del fango, e te con esso.

MISIDE

Affè; briaco
Esser pur dei.

DAVO

Piovon bugie da voi;
Nè l'una l'altra aspetta. Anco trovaste,
(Già v'ho sentite a susurrarlo) ch'ella
È cittadina libera d'Atene....

CREMÉTE

† Olà!

DAVO

E che di legge Panfilo dovralla
Pigliare in moglie....

MISIDE

Oh! cittadina forse
Ella non s'è?

CREMÉTE

Disavveduto, io quasi
In mal giuoco incappai!

DAVO

Chi costà parla?
Oh! tu Creméte? a tempo giungi; udrai....

CHREMES

Audivi jam omnia.

DAVUS

Anne tu omnia?

CHREMES

Audivi, inquam, a principio.

DAVUS

Audistin' obsecro? hem
Scelera: hanc jam oportet in cruciatum hinc abripi.
Hic ille est: non te credas Davum ludere.

MYSIS

Me miseram: nihil pol falsi dixi, mi senex.

CHREMES

Novi omnem rem. Est Simo intus?

DAVUS

Est.

MYSIS

Ne me attingas sceleste. Si pol Glycerio non omnia haec.

DAVUS

Eho inepta, nescis quid sit actum.

CREMÉTE

Già tutto udii.

DAVO

Ma tutto tutto?

CREMÉTE

Appieno,
Dalla parola prima.

DAVO

Oh! udisti mai,
(Pregoti, dimmi,) altra più rea? Creméte,
Costei, costei merta ogni pena. — Iniqua,
Non io, no, questi era da te deluso.

MISIDE

Misera me!.... Buon vecchio, odimi; nulla
Diss'io, tel giuro, che non sia.

CREMÉTE

Già tutto
So; così basta. Evvi Simone?

DAVO

È dentro.

MISIDE

Scostati, birbo. Or or vo'render conto
Di tutto ciò, a Gliceria....

DAVO

E non t'avvedi?...
Stolta?...

MYSIS

Qui sciam?

DAVUS

Hic socer est. Alio pacto haud poterat fieri,
Ut sciret haec, quae volumus.

MYSIS

Hem, praediceres.

DAVUS

Paulum interesse censes, ex animo omnia,
Ut fert natura, facias, an de industria?

SCENA SEXTA

CRITO, MYSIS, DAVUS

CRITO

In hac habitasse platea dictum est Crysidem,
Quae sese inhoneste optavit parere hic divitias
Potius, quam in patria honeste pauper vivere.
Ejus morte ea ad me lege redierunt bona.
Sed quos perconter, video. Salvete.

MYSIS

Obsecro,

MISIDE

Di che?

DAVO

Questi è il suocero nostro.
Nè meglio mai svelarglisi potea
Quanto vogliam ch'ei pur sapesse.

MISIDE

Oh! detto
Perchè non l'hai tu pria?

DAVO

Parti lo stesso,
Il far la scena come dà natura,
O il prepararla? meglio assai la femmo.

SCENA SESTA

CRITONE, MISIDE, DAVO

CRITONE

Emmi detto, che stava in questa piazza
Criside già: meschina! ella quì volle
Anzi arricchir per disoneste vie,
Che in patria viver povera ed onesta.
A me s'aspettan per legge i suoi beni....
Oh! veggo appunto, onde informarmi.—Addio...

MISIDE

Oh ciel! chi vedo? e' fia Criton costui,

Quem video? estne hic Crito, sobrinus Chrysidis?
Is est.

CRITO

O Mysis, salve.

MYSIS

Salvos sis, Crito.

CRITO

Itan' Chrysis? hem.

MYSIS

Nos quidem pol miseras perdidit.

CRITO

Quid vos? quo pacto hic? sati' ne recte?

MYSIS

Nos ne? sic
Ut quimus, aiunt: quando, ut volumus, non licet.

CRITO

Quid Glycerium? jam hic suos parentes reperit?

MYSIS

Utinam.

CRITO

An nondum etiam? haud auspicato huc me appuli:
Nam pol, si id scissem, nunquam huc retulissem pedem:

Di Criside il cugino? è desso.

CRITONE

Oh! Miside!

Buon giorno.

MISIDE

Oh! ben venuto, Criton, sii.

CRITONE

E così? nostra Criside?...

MISIDE

Ahi meschine!

Ci ha rovinate la sua morte.

CRITONE

E come

Ve la passate or voi?

MISIDE

Così, alla meglio:

Già che non puossi come si vorrebbe.

CRITONE

E Gliceria, che fa? suoi genitori

Ha ella quì raccapezzati omai?

MISIDE

Volesse il cielo!

CRITONE

Oh! ancora no? in mal punto

Io quì approdai; se il mi sapea, mai piede

Semper enim dicta est ejus haec atque habita est soror:
Quae illius fuerunt, possidet. Nunc, me hospitem
Lites sequi, quam hic mihi sit facile atque utile,
Aliorum exempla commonent. Simul arbitror,
Jam esse aliquem amicum, et defensorem ei: nam fere
Grandiuscula jam profecta est illinc. Clamitent,
Me sycophantam hereditatem persequi,
Mendicum. Tum, ipsam despoliare non libet.

MYSIS

O optume hospes pol, Crito, antiquum obtines.

CRITO

Duc me ad eam, quando huc veni, ut videam.

MYSIS

Maxume.

DAVUS

Sequar hos: nolo me in tempore hoc videat senex.

Non avrei volto io quà. Gliceria sempre
Finor si disse, e fu tenuta, suora
Di Criside: il suo avere ella possiede
Or dunque, al certo. Eccomi, oimè! straniero
A incalzar liti; e come ben ciò torni,
Molti esempj d'altrui mel dicon chiaro.
Aggiungi, ch'essa in sua difesa un qualche
Amico avrassi e protettor; ch'ell'era
Già grandicella, allor che quì venivasi:
Schiamazzeranno dietro a me costoro
Quasi a gaglioffo, a mendíco, abbajante
L'eredità. Meglio farò, se nulla
Io le domando; abbiasi il tutto.

MISIDE

O buono
Criton, tu sei pur l'ottimo di pria.

CRITONE

Menami a lei; poi ch'io venni, che almeno
La vegga.

MISIDE

Ah! sì; di tutto cuor.

DAVO

Seguirli
Voglio; e per or, che il vecchio me non veda.

ACTUS QUINTUS

SCENA PRIMA

CHREMES, SIMO

CHREMES

Satis jam, satis Simo spectata erga te amicitia est mea:
Satis pericli coepi adire: orandi jam finem face.
Dum studeo obsequi tibi, pene illusi vitam filiae.

SIMO

Imo enim nunc quam maxume abs te postulo, atque oro, Chreme,
Ut beneficium, verbis initum dudum, nunc re comprobes.

CHREMES

Vide, quam iniquus sis prae studio. Dum efficias id quod cupis,

ATTO QUINTO

SCENA PRIMA

CREMETE, SIMONE

CREMÉTE

Già abbastanza, già troppo, o Simon mio,
Mi ti son mostro amico; assai gran rischio
Per te affrontai: cessa dai preghi: io quasi,
Per compiacerti, la mia propria figlia
Mi son giuocato.

SIMONE

Anzi, ora, più che mai,
Da te chieggo, e scongiuroti, o Creméte,
Che il beneficio a me promesso in detti,
Vogli or co' fatti compiere.

CREMÉTE

Deh! vedi,
Quanto or sei tu, per troppo affetto, ingiusto.

Neque modum benignitatis, neque quid me ores, cogitas:
Nam si cogites, remittas jam me onerare injuriis.

SIMO

Quibus?

CHREMES

Ah rogitas? Perpulisti me, ut homini adolescentulo,
In alio occupato amore, abhorrenti ab re uxoria,
Filiam darem in seditionem, atque incertas nuptias;
Ejus labore, atque ejus dolore, gnato ut medicarer tuo.
Impetrasti: incepi, dum res tetulit: nunc non fert: feras.
Illam hinc civem esse ajunt. Puer est natus: nos missos face.

SIMO

Per ego te deos oro, ut ne illis animum inducas credere,
Quibus id maxume utile est illum esse quam deterrimum.
Nuptiarum gratia haec sunt ficta atque incepta omnia.
Ubi ea causa, quamobrem haec faciunt, erit adempta his, desinent.

Pur che il tuo intento ottenghi, a te non cale
Di richieder ch'io passi oltre ai confini
Di una bontà discreta: che, altrimenti,
Cesseresti di offendermi.

SIMONE

Io t'offendo?

CREMÉTE

Ah! ne dubiti tu? Già, quasi a forza,
Tratto m'hai dianzi, a prometter mia figlia
A un giovanetto d'altra innamorato,
E che abborriva il matrimonio: e queste
Dubbie e discordi nozze, dovean poi
Ravvíar forse il figliuol tuo, ma intanto
Dar certo duolo, e certi affanni, ad essa.
Ciò impetrasti da me: ciò far voll'io,
Finchè da farsi parvemi; or non parmi
Più tale: soffrilo. Havvi chi dà voce,
Esser Gliceria cittadina: un figlio,
Al certo ei n'ha: dunque fra noi sian rotte...

SIMONE

Pe'Numi tutti pregoti, non credere
A gente, a cui giova pur troppo il farlo
Presso a te pessimissimo! Son queste
Tutte favole mere, affinchè sciolte
Vadan le nozze: e i lor raggiri tutti
Cesseran tosto, se li vedon vani.

CHREMES

Erras. Cum Davo egomet vidi jurgantem ancillam.

SIMO

Scio.

CHREMES

At

Vero voltu; cum, ibi me adesse, neuter dum persenserat.

SIMO

Credo; et id facturas, Davus dudum praedixit mihi:
Et nescio quid tibi sum oblitus hodie ac volui dicere.

SCENA SECUNDA

DAVUS, CHREMES, SIMO, DROMO

DAVUS

Animo jam nunc otioso esse impero.

CHREMES

Hem Davom tibi

CREMÉTE

Tu sbagli. Contrastar Davo e la fante,
Gli ho visti, e uditi io stesso.

SIMONE

Il so.

CREMÉTE

Ma vero
Era il contrasto lor; che niun de'dua
Vedea pur me, nè sel sognava...

SIMONE

Il credo;
Ma Davo, dianzi, ei stesso mi prevenne
Che così dovean fare: a te pur dirlo
Ogg'io voleva, e poi, non so ben come,
Passommi della mente.

SCENA SECONDA

DAVO, CREMETE, SIMONE, DROMO

DAVO

Omai buon tempo
Darmi vogl'io.

CREMÉTE

Fortuna! eccolo, Davo.

SIMO

Unde egreditur?

DAVUS

Meo praesidio, atque hospitis.

SIMO

Quid illud mali est

DAVUS

Ego commodiorem hominem, adventum, tempus non vidi.

SIMO

Scelus,

Quemnam hic laudat?

DAVUS

Omnis res est jam in vado.

SIMO

Cesso alloqui?

DAVUS

Herus est: quid agam?

SIMO

O Salve, bone vir.

DAVUS

Ehem Simo, O noster Chremes

SIMONE

Donde sbuca egli?

DAVO

Oltre all'ajuto mio,
È giunto anco Critone....

SIMONE

Oh! qual novello
Malanno fia costui?

DAVO

Più per l'appunto
Arrivar non potea; nè, a farlo a posta,
Altr'uom più a taglio non potea tornarci....

SIMONE

Chi diavol mai questo furfante lauda?...

DAVO

Già siam tutti a buon porto.

SIMONE

Or, vo'parlargli.

DAVO

Oimè! il padrone? or, che farommi?

SIMONE

Oh! salve,
Galantuomo.

DAVO

Oh Simone! Oh buon Creméte!

Omnia apparata jam sunt intus.

SIMO

Curasti probe.

DAVUS

Ubi voles, accerse.

SIMO

Bene sane. Id enimvero hinc nunc abest.
Etiam tu hoc respondes, quid istic tibi negoti est?

DAVUS

Mihin'?

SIMO

Ita.

DAVUS

Mihine?

SIMO

Tibi ergo.

DAVUS

Modo introii.

SIMO

Quasi ego, quam dudum rogem.

DAVUS

Cum tuo gnato una.

Ben venuti vo'siate. In casa è il tutto
Apparecchiato omai.

SIMONE

Bravo, davvero.

DAVO

Fa, quando vuoi, venir la sposa.

SIMONE

E in fatti
Null'altro or manca. Ma, vediam se a questo
Anco rispondi: che hai tu a far là entro?

DAVO

Dici a me?

SIMONE

Certo.

DAVO

A me?

SIMONE

Sì, a te, per dio.

DAVO

V'era entrato pur or....

SIMONE

Non chieggo il quando;
Chiedo il perchè.

DAVO

Col tuo figlio v'entrava....

SIMO

Anne est intus Pamphilus? crucior miser.
Eho, non tu dixti esse inter eos inimicitias, carnufex?

DAVUS

Sunt.

SIMO

Cur igitur hic est?

CHREMES

Quid illum censes? cum illa litigat.

DAVUS

Imo vero indignum, Chreme, jam facinus faxo ex me audies.
Nescio qui senex modo venit: ellum, confidens, catus:
Cum faciem videas, videtur esse quantivis preti:
Tristis severitas inest in voltu, atque in verbis fides.

SIMO

Quidnam adportas?

DAVUS

Nil equidem, nisi quod illum audivi dicere.

SIMO

Quid ait tandem?

SIMONE

Come? anco Panfil v'è? me lasso! Ahi, forca,
Non mi dicesti dianzi, ch'eran guasti?

DAVO

E il son.

SIMONE

Perchè v'è dunque?

CREMÉTE

Il perchè sai:
Per far lor risse.

DAVO

Anzi, sappi, o Creméte,
Una ben altra loro trama. Or ora
Venne un non so qual vecchio: eccolo tosto
Come di casa. Ei, nell' aspetto, mostra
Un uom di vaglia, e di severo senno;
Ne' detti, un uom sincero.

SIMONE

Or, qual novella?...

DAVO

Quel ch'io sentiva reco.

SIMONE

Ebben, che dice
Il vecchio dunque?

DAVUS

Glycerium se scire civem esse Atticam.

SIMO

Hem, Dromo, Dromo.

DROMO

Quid est?

SIMO

Dromo.

DAVUS

Audi.

SIMO

Verbum si addideris. Dromo.

DAVUS

Audi, obsecro.

DROMO

Quid vis?

SIMO

Sublimem hunc intro rape, quantum potes.

DROMO

Quem?

SIMO

Davom.

DAVUS

Quamobrem?

DAVO

Ch'egli sa di certo
Gliceria esser d'Atene cittadina.

SIMONE

Ehi, Dromo, Dromo.

DROMO (1)

Chi mi chiama?

SIMONE

Dromo.

DAVO

Odi....

SIMONE

Nè pure una parola. Dromo.

DAVO

Odi, ten prego....

DROMO

Che comandi?

SIMONE

Or, tosto,
Strascinami costui di peso in casa.

DROMO

Chi?

SIMONE

Davo.

DAVO

Ma, perchè?...

(1) Di dentro.

SIMO

Quia lubet. Rapé inquam.

DAVUS

Quid feci?

SIMO

Rape.

DAVUS

quicquam me mentitum invenies, occidito.

SIMO

. Nihil audio.

Ego jam te commotum reddam.

DAVUS

Tamen etsi hoc verum est?

SIMO

Tamen.

Cura adservandum vinctum: atque audin'? quadrupedem constringito.

Age nunc jam: ego pol hodie, si vivo, tibi
Ostendam, herum quid sit pericli fallere,
Et illi patrem.

CHREMES

Ah ne saevi tantopore.

SIMO

O Chreme,

SIMONE

Perch'io lo voglio.
Trannel di quà....

DAVO

Che feci?...

SIMONE

Trannel, dico.

DAVO

Possa esser morto, se bugia ti dissi....

SIMONE

Nulla odo più. Farotti io ben tra poco
Intenerire....

DAVO

Ma, se questo è vero?...

SIMONE

Ma, s'io... Va, Dromo, e ben legato tienlo;
Hai inteso? e mani e gambe stretto sia.
Va, va, s'io vivo, oggi insegnar ti voglio
A canzonar padroni.

CREMÉTE

Deh! sì forte
Non infierir contr'essi....

SIMONE

Deh! Creméte;

Pietatem gnati. Nonne te miseret mei?
Tantum laborem capere ob talem filium?
Age Pamphile: exi Pamphile: ecquid te pudet?

SCENA TERTIA

PAMPHILUS, SIMO, CHREMES

PAMPHILUS

Quis me volt? perii, pater est.

SIMO

Quid ais, omnium?

CHREMES

Ah,

Rem potius ipsam dic, ac mitte male loqui.

SIMO

Quasi quidquam in hunc jam gravius dici posset.
Ain' tandem, civis Glycerium est?

PAMPHILUS

Ita praedicant.

SIMO

Ita praedicant? o ingentem confidentiam!
Num cogitat, quid dicat? num facti piget?

Pietade avresti del mio figlio? ed io,
Per sua cagion sì sventurato, io pure
Non ti desto a pietà? - Panfilo; Panfilo;
Esci, su via: vergogniti or tu forse?

SCENA TERZA

PANFILO, SIMONE, CREMETE

PANFILO

Chi mi chiama? Oimè misero! egli è il padre.

SIMONE

Or, che dirai, fra i tristi tutti il....

CREMÈTE

Pria
Ogni cosa gli esponi, deh! che vale
Il proverbiarlo?

SIMONE

Eh, sì: quasi a costui
Troppa usar villania mai si potesse.
Ma, di' pur su: Gliceria è cittadina?...

PANFILO

Così dicesi....

SIMONE

Dicesi? Oh solenne
Sfacciataggine! ve'llo; ch'ei sapesse,

Numnam ejus color pudoris signum usquam indicat?
Adeo impotenti esse animo, ut praeter civium
Morem atque legem, et sui voluntatem patris,
Tamen hanc habere studeat cum summo probro?

PAMPHILUS

Me miserum!

SIMO

Hem, modone id demum sensti, Pamphile?
Olim istuc, olim, cum ita animum induxti tuum,
Quod cuperes, aliquo pacto efficiundum tibi,
Eodem die istuc verbum vere in te accidit.
Sed quid ago? cur me excrucio? cur me macero?
Cur meam senectutem hujus sollicito amentia?
An ut pro hujus peccatis ego supplicium sufferam?
Imo habeat, valeat, vivat cum illa.

PAMPHILUS

Mi pater.

SIMO

Quid, mi pater? quasi tu hujus indigeas patris.
Domus, uxor, liberi inventi, invito patre:
Adducti, qui illam civem hinc dicant: viceris.

Nè quel che dice pur? che un qualche segno
Di pentimento, o di rossore almeno,
Ei mi mostrasse? audace tanto, e tanto
Caparbio, da voler pure ostinarsi,
Contro e gli usi e le leggi, e contra il padre,
Nel tener lei con sommo suo disdóro?

PANFILO

Me infelice!...

SIMONE

Oh! sì tardi, esserlo avvisi?
Gran tempo, il sei: dal punto sì, dal punto,
Che un tale amor nel petto ricettasti,
E un tal pensiero in mente. Ma, che parlo?
Perchè m'adiro? a che mi affliggo? i miei
Vecchi anni a che, con la costui demenza,
Travaglio? aver del suo fallire io pena?
No, no: costei s'abbia egli, e seco viva,
E seco, se il può, prosperi.....

PANFILO

Deh! padre....

SIMONE

Che padre? oh! forse hai tu d'un padre d'uopo?
E casa, e figli, e moglie, trovar forse,
E gente che l'attestin cittadina,
Malgrado il padre tuo non ti sapevi?
Vinto hai ben tu.

PAMPHILUS

Pater, licetne pauca?

SIMO

Quid dices mihi?

CHREMES

Tamen, Simo, audi.

SIMO

Egon' audiam? Quid audiam, Chreme?

CHREMES

At tamen dicat sine.

SIMO

Age, dicat: sino.

PAMPHILUS

Ego me amare hanc fateor. Si id peccare est, fateor id quoque.

Tibi, pater, me dedo. Quidvis oneris impone: impera.

Vis me uxorem ducere? hanc vis amittere? ut potero, feram.

Hoc modo te obsecro, ut ne credas a me adlegatum hunc senem.

Sine me expurgem, atque illum huc coram adducam.

PANFILO

Padre, un sol motto lice?...

SIMONE

E che puoi dirmi tu?...

CREMÉTE

Ma pur, l'ascolta,
O Simone.

SIMONE

Ch'io ascolti? e che n'udrei,
O buon Creméte?

CREMÉTE

Via, lascia ch'ei dica
Alfine...

SIMONE

Ebben, via su, dica; ch'io il lascio.

PANFILO

Amo costei, nol niego: anco a delitto
Mi si ascriva, nol niego; ed a chius'occhi
Io mi rimetto, o padre, in te. Mi aggrava
Tu, come il vuoi; tu mi comanda. Vuoi,
Ch'io moglie prenda? ch'io abbandoni questa?
Obbedirotti a poter mio. Soltanto
Pregoti, ch'or non pensi esser un mio
Raggiro la venuta di quel vecchio:
Lascia ch'io men discolpi; a te davanti,
Lascia ch'io l'appresenti.

SIMO

Adducas?

PAMPHILUS

Sine, pater.

CHREMES

Aequum postulat: da veniam.

PAMPHILUS

Sine te hoc exorem.

SIMO

Sino.

Quidvis cupio, dum ne ab hoc me falli comperiar, Chreme.

CHREMES

Pro peccato magno paulum supplicii satis est patri.

SCENA QUARTA

CRITO, CHREMES, SIMO, PAMPHILUS

CRITO

Mitte orare. Una harum quaevis causa me ut faciam, monet,
Vel tu, vel quod verum est, vel quod ipsi cupio Glycerio.

CHREMES

Andrium ego Critonem video? is certe est.

SIMONE

A me?...

PANFILO

Sì, padre.

CREMÉTE

Ei chiede il giusto; conceder gliel dei.

PANFILO

Deh! sì; te ne scongiuro.

SIMONE

Gliel concedo.
Tutto sopporto, fuorchè tu, Creméte,
A creder m'abbi a te ingannevol....

CREMÉTE

Paga
Di lieve pena sia l'ira d'un padre.

SCENA QUARTA

CRITONE, CREMETE, SIMONE, PANFILO

CRITONE

Dai preghi cessa: a mi v'indurre, anco una
Basta, qual vuoi, di tue ragioni tante:
O per te il faccia, o pel vero, o per essa.

CREMÉTE

Criton vegg'io da Andro? è desso, al certo.

CRITO

Salvos sis, Chreme.

CHREMES

Quid tu Athenas insolens?

CRITO

Evenit. Sed hiccine est Simo?

CHREMES

Hic est.

SIMO

Men' quaeris? eho, tu Glycerium hinc civem esse ais?

CRITO

Tu negas?

SIMO

Itane huc paratus advenis?

CRITO

Qua de re?

SIMO

Rogas?

Tunc impune haec facias? tunc hic homines adolescentulos,

CRITONE

Dio ti salvi, o Creméte.

CREMÉTE

Oh! come mai

Tu in Atene?...

CRITONE

Di rado è ver; ma quando

V'è d'uopo, io vengo. Evvi Simone?...

CREMÉTE

Appunto

Eccolo.

SIMONE

Che? di me ricerca? Oh! sei

Tu, che Gliceria incittadini?

CRITONE

Oh! forse

Favole narro?

SIMONE

A recitar sì destro

Ne vieni tu?

CRITONE

Che dir pretendi?

SIMONE

E il chiedi?

Oh! stimi tu, quì venirne impunito

A cor per fraude in rete i giovinetti

Imperitos rerum, eductos libere, in fraudem illicis?
Sollicitando, et pollicitando, eorum animos lactas?

CRITO

Sanun' es?

SIMO

Ac meretricios amores nuptiis conglutinas?

PAMPHILUS

Perii: Metuo, ut substet hospes.

CHREMES

Si, Simo, hunc noris satis,
Non ita arbitrere: bonus est hic vir.

SIMO

Hic vir sit bonus?
Itane adtemperate evenit, hodie in ipsis nuptiis
Ut veniret, antehac numquam? est vero huic credendum, Chreme.

PAMPHILUS

Ni metuam patrem, habeo pro illa re, illum quod moneam probe.

Inesperti, ma liberi e ben nati?
Ad instigarli, a lusingarli?...

CRITONE

In senno,
Dimmi, se'tu?

SIMONE

Bell'arte? gli amorazzi
Appiccicar con nozze.

PANFILO

Oimè! pavento,
Che Criton perda pazienza.

CREMÉTE

Or via,
Simon, se il conoscessi, non avresti
Di lui sì falsa opinione: è un uomo
Dabben, costui.

SIMONE

Dabben, costui? sì a tempo
Giunto oggi quì, dove mai pria non venne;
Anzi le nozze appunto? Oh, questa poi,
Creméte, è dura a credersi.

PANFILO

Se il padre
Io non temessi, a ciò pronta risposta
Suggerirgli potrei.

SIMO

Sycophanta.

CRITO

Hem.

CHREMES

Sic, Crito, est hic: Mitte.

CRITO

Videat, qui siet.

Si mihi pergit, quae volt, dicere, ea, quae non volt, audiet.

Ego istaec moveo, aut curo? non tu tuum malum aequo animo feres?

Nam, ego quae dico, vera, an falsa audieris, jam sciri potest.

Atticus quidam olim navi fracta, apud Andrum ejectus est,

Et istaec una parva virgo. Tum ille egens, forte applicat

Primum ad Chrysidis patrem se.

SIMO

Fabulam inceptat.

CHREMES

Sine.

SIMONE

Furfanterie....

CRITONE

Olà!

CREMÉTE

Criton, deh! lascialo: costui,
Fatto è così.

CRITONE

Qual vuol, sia pur; ma, badi
Che s'egli a dir ciò che gli vien prosegue,
Ciò che gli viene udrà. Dir ch'io le invento?
E di costoro, a me che importa? Impara
A sopportar, qual ch'egli sia, il tuo figlio,
Che in somma, è tuo. Per me, quant'io quì narro,
Si può appurar ben presto. Un cittadino
D'Atene, avendo rotto in mar, buttato
Era ei con una fanciullina in Andro.
Mendíco allora, a caso ei si acconciava
Presso al padre di Criside.

SIMONE

Alla favola
Or si dà esordio.

CREMÉTE

Ascolta almen.

CRITO

Itane vero obturbat?

CHREMES

Perge.

CRITO

Tum is mihi cognatus fuit,
Qui eum recepit. Ibi ego audivi ex illo, sese esse Atticum.
Is ibi mortuus est.

CHREMES

Ejus nomen?

CRITO

Nomen tam cito tibi? Phania.

CHREMES

Hem,
Perii.

CRITO

Verum hercle opinor fuisse Phaniam. Hoc certo scio,
Rhamnusium sese aiebat esse.

CHREMES

O Jupiter!

CRITO

Eadem haec, Chreme,

CRITONE

Per dio,

Così si turba chi favella?...

CREMÉTE

Siegui.

CRITONE

Or, mio parente quei che l'accoglica,
Erasi; e da lui stesso seppi, ch'egli
Dell'Attica era. In Andro, in casa sua,
Moría costui.

CREMÉTE

Qual nome?...

CRITONE

Hai tanta fretta
Del nome? Fania.

CREMÉTE

Oimè!...

CRITONE

Fania, per certo,
S'io ben rammento. Ma, quel ch'io v'affermo,
È, ch'ei Rannusio si dicea natío.

CREMÉTE

Rannusio? oh ciel!...

CRITONE

Ma, queste cose tutte

Multi alii in Andro tum audi vere.

CHREMES

Utinam id sit, quod spero. Eho, dic mihi,
Quid eam tum? Suamne esse aiebat?

CRITO

Non.

CHREMES

Cujam igitur?

CRITO

Fratris filiam.

CHREMES

Certe mea est.

CRITO

Quid ais?

SIMO

Quid tu ais?

PAMPHILUS

Arrige aures, Pamphile.

SIMO

Qui credis?

CHREMES

Phania ille, frater meus fuit.

SIMO

Noram, et scio.

Molti in Andro le seppero, o Cremète.

CREMÈTE

Deh, fosse vero il mio sperare! Oh! dimmi,
E la fanciulla? diceva egli forse,
Ch'ella sua fosse?

CRITONE

No.

CREMÉTE

Deh! di cui dunque?

CRITONE

Figlia del fratel suo....

CREMÉTE

Questa è la mia....

CRITONE

Che parli tu?

SIMONE

Che dici?

PANFILO

Attento, Panfilo.

SIMONE

E che? tu credi?...

CREMÉTE

Il mio fratello ei s'era
Quel Fania.

SIMONE

Il so; conobbilo.

CHREMES

Is hinc bellum fugiens, meque in Asiam persequens, proficiscitur;
Tum illam hic relinquere est veritus. Postilla nunc primum audio,
Quid illo sit factum.

PAMPHILUS

Vix sum apud me: ita animus commotus est metu,
Spe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repentino bono.

SIMO

Nae istam multimodis tam inveniri gaudeo.

PAMPHILUS

Credo, pater.

CHREMES

At mihi unus scrupulus etiam restat, qui me male habet.

PAMPHILUS

Dignus es
Cum tua religione, odium. Nodum in scirpo quaeris.

CRITO

Quid istuc est?

CREMÉTE

Fuggendo
Ei di quì in Asia, per via della guerra,
Su le pedate mie, temè lasciarla
Quì sola, e seco indi la prese: io mai,
D'allora in poi, di lor nuova non ebbi.

PANFILO

Io, quasi manco: sì a gara commosso
Hammi or la tema, or la speme, or la gioja,
Udendo tanto e sì improvviso bene!

SIMONE

Affè, ch'io godo, che in tante maniere
Costei di te scoprasi degna.

PANFILO

Oh padre!
Ben tel cred'io.

CREMÉTE

Ma solo anco mi resta
Un dubbio, che mi stuzzica....

PANFILO

Ma via,
Spiacevol sei con tue dubbiezze: il pelo
Nell'uovo cerchi.

CRITONE

Ebben, qual dubbio?...

CHREMES

Nomen non convenit.

CRITO

Fuit hercle aliud huic parvae.

CHREMES

Quod, Crito?

Numquid meministi?

CRITO

Id quaero.

PAMPHILUS

Egone hujus memorim patiar meae
Voluptati obstare, cum egomet possim in hac re medicari mihi?
Non patiar. Heus Chreme: quod quaeris, Pasibula est.

CRITO

Ipsa est.

CHREMES

Ea est.

PAMPHILUS

Ex ipsa millies audivi.

SIMO

Omnes nos gaudere hoc, Chreme,

CREMÉTE

Il nome

Non concorda...

CRITONE

Per certo un altro n'ebbe

La fanciulla, da picciola.

CREMÉTE

Ma quale?

Rammentil tu, Critone?

CRITONE

Io'l cerco.

PANFILO

E debbo

Soffrir io, che s'indugi il mio contento,

Per la costui smemoratezza? al certo

Nol soffrirò, mentre ho il rimedio. Il nome,

Ch'ei cerca pur, Pasíbula è....

CRITONE

Fia dessa.

CREMÈTE

Sì; Pasíbula appunto.

PANFILO

Io mille volte

Da lei l'udiva.

SIMONE

O Creméte, mi penso

Te credo credere.

CHREMES

Ita me Dii ament, credo.

PAMPHILUS

Quid restat, pater?

SIMO

Jamdudum res reduxit me ipsa in gratiam.

PAMPHILUS

O lepidum patrem
De uxore, ita ut possedi, nihil mutat Chremes.

CHREMES

Causa optuma est:
Nisi siquid pater aliud ait.

PAMPHILUS

Nempe.

SIMO

Scilicet.

CHREMES

Dos, Pamphile, est
Decem talenta.

PAMPHILUS

Accipio.

CHREMES

Propero ad filiam. Eho mecum, Crito:

Che tutti noi di ciò ben lieti credi.

CREMÉTE

Dio'l sa, s'io il credo!

PANFILO

Padre, or che ci resta?

SIMONE

Per se stessa la cosa omai del tutto
Hammi placato.

PANFILO

Oh buon mio padre! in guisa
† Che ognor sua figlia, poi ch'io già la tengo,
Mi dà Creméte.

CREMÉTE

A dritto parli; e fia,
Se nol disdice il padre tuo.

PANFILO

E'fia dunque.

SIMONE

Anzi.

CREMÉTE

E con essa avrai, Panfilo, in dote
† Talenti diece.

PANFILO

Il tutto accetto.

CREMÉTE

Io volo

Nam illam me haud nosse credo.

SIMO

Cur non illam huc transferri jubes?

PAMPHILUS

Recte admones. Davo ego istuc dedam jam negoti.

SIMO

Non potest.

PAMPHILUS

Qui non potest?

SIMO

Quia habet aliud magis ex sese, et majus.

PAMPHILUS

Quidnam?

SIMO

Vinctus est.

PAMPHILUS

Pater, non recte vinctus est.

SIMO

Haud ita jussi.

PAMPHILUS

Jube solvi, obsecro.

Alla figlia. Ma vieni, Criton meco,
Ch'ella me, credo, non conosce.

SIMONE

Oh! meglio
Non fora il farla quì venir?...

PANFILO

Ben dici.
Di ciò darò dunque incombenza a Davo.

SIMONE

Davo, or nol può.

PANFILO

Perchè nol può?

SIMONE

Qualch'altra
Incombenza, e maggiore, ha per se stesso.

PANFILO

Qual mai?

SIMONE

Legato egli è.

PANFILO

Padre, legato
A torto egli è.

SIMONE

Non quando io 'l fea.

PANFILO

Deh! fallo
Scioglier, ten prego.

SIMO

Age fiat.

PAMPHILUS

At mature.

SIMO

Eo intro.

PAMPHILUS

Oh faustum, et felicem diem!

SCENA QUINTA

CHARINUS, PAMPHILUS

CHARINUS

Proviso, quid agat Pamphilus: atque eccum.

PAMPHILUS

Aliquis forsan me putet
Non hoc putare verum: at mihi nunc sic esse hoc verum lubet.
Ego vitam Deorum propterea sempiternam esse arbitror,
Quod voluptates eorum propriae sunt. Nam mihi immortalitas
Parta est, si nulla aegritudo huic gaudio intercesserit.
Sed quem ego potissimum exoptem nunc mihi, cui haec narrem, dari?

SIMONE

E sì il farò.

PANFILO

Ma, tosto.

SIMONE

Per ciò rientro.

PANFILO

Oh avventurato giorno!

SCENA QUINTA

CARINO (1), PANFILO

CARINO

Veder pur voglio, Panfilo che faccia.
Oh! eccolo. Si osservi.

PANFILO

Alcuno forse
Terrà ch'io creda di sognar; cotanto
Son di me stesso fuori in veder vero
Ciò che par sogno. I Numi, al certo, sono
Immortali, perchè perpetui sono
I loro gaudj. Ed io, immortal son fatto,
Se tara alcuna or questo gaudio mio
Non soffre. Almen ch'io il narri! altro non bramo;
In se non cape il cor....

(1) In disparte.

CHREMES

Quid illud gaudi est?

PAMPHILUS

Davom video. Nemo est, quem mallem, omnium:
Nam hunc scio mea solide solum gavisurum gaudia.

SCENA SEXTA

DAVUS, PAMPHILUS, CHARINUS

DAVUS

Pamphilus ubinam hic est?

PAMPHILUS

Dave.

DAVUS

Quis homo'st?

PAMPHILUS

Ego sum.

DAVUS

O Pamphile.

PAMPHILUS

Nescis quid mihi obtigerit.

DAVUS

Certe: sed quid mihi obtigerit, scio.

CARINO

Donde tal gioja?...

PANFILO

Ma, Davo io veggo! con nessuno, meglio
Potrò sfogarmi; che nessun più lieto
Di mia letizia esser vi può.

SCENA SESTA

DAVO, PANFILO, CARINO

DAVO

Deh, dove
Sarà Panfilo mai?

PANFILO

Davo.

DAVO

Chi chiama?

PANFILO

Io.

DAVO

Oh Panfilo!

PANFILO

Di', non sai tu dunque
Ciò che mi accadde?

DAVO

Eh, giusto. I', so ben io,
Ciò che mi accadde a me.

PAMPHILUS

Et quidem ego.

DAVUS

More hominum evenit, ut quod sim nactus mali,
Prius rescisceres tu, quam ego tibi quod evenit boni.

PAMPHILUS

Mea Glycerium suos parentes repperit.

DAVUS

O factum bene.

CHARINUS

Hem.

PAMPHILUS

Pater amicus summus nobis.

DAVUS

Quis?

PAMPHILUS

Chremes.

DAVUS

Narras probe.

PAMPHILUS

Nec mora ulla est, quin eam uxorem ducam.

CHARINUS

Num ille somniat
Ea, quae vigilans voluit?

PANFILO

Seppilo anch'io.

DAVO

E così avvien, ch'altri sa i danni nostri,
Pria che il ben d'altri sappiam noi.

PANFILO

La mia
Gliceria trova i genitori suoi.

DAVO

Oh bene!

CARINO

Olà!

PANFILO

Suo padre, è amico sommo
Di casa nostra.

DAVO

Ed è?

PANFILO

Cremète.

DAVO

In vero?

PANFILO

E, senza indugio, ei me la dà per moglie.

CARINO

Sogna or costui ciò che vegliando ei brama?

PAMPHILUS

Tum de puero, Dave?

DAVUS

Ah, desine:

Solus est, quem diligunt Di.

CHARINUS

Salvus sum, si haec vera sunt.

Conloquar.

PAMPHILUS

Quis homo est? Charine, in tempore ipso mi advenis.

CHARINUS

Bene factum.

PAMPHILUS

Hem, audisti?

CHARINUS

Omnia. Age, me in tuis secundis respice.

Tuus est nunc Chremes: facturum, quae voles, scio esse omnia.

PAMPHILUS

Memini: atque adeo longum est, nos illum expectare, dum exeat.

Sequere hac me intus ad Glycerium nunc. Tu, Dave, abi domum,

PANFILO

E del mio bimbo, o Davo?...

DAVO

Non pensarci;
Sta bene, e il ciel n'ha cura.

CARINO

Oh me beato,
S'ella è così. Parliamogli.

PANFILO

Chi viene?
Carino, tu? ben giungi in tempo.

CARINO

Io teco
† Mi allegro....

PANFILO

Oh! dunque udisti?...

CARINO

Tutto udiva.
Or sì, ti prego, non abbandonarmi,
Perchè in fortuna stai. Tu di Creméte
Or puoi disporre; onde per me....

PANFILO

So tutto:
Nè vo' pure indugiarti insin ch'egli esca.
Sieguimi dunque di Gliceria in casa,
Dov'egli or sta. Tu, Davo, entra dal padre,

Properè accerse, hinc qui auferant eam. Quid stas? quid cessas?

DAVUS

Eo.

Ne exspectetis, dum exeant huc: intus despondebitur:

Intus transigetur, si quid est, quod restet. Plaudite.